TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_0872

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Giorgio
di
Mels
Diplom.
Domesti

372

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Tutto il Volume, fuori di che 5 carte inserite doppo la xxxx M. CCCC. Lxxxi. è di mano del Sig. Giorgio di Mels, il quale scriveva verso il fine del sec. XV. e scritto ... di M. Antonio Nicoletti ... degli spogli che quelli in ... cavate ... fatto.

In Xpisti Nomine Amen. Infrascripti sunt introitus ad Aquilegiensem Patriarchalem mensam spectantes per me clericum de Utino Patriarchalem Cancellarium iuxta parve capacitatis mee memoriam fideliter notati, et descripti: Hec sunt Capitaneatus Gastaldie, ceteraque dicte mense officia, et pro quanto precio annuatim vendi solere, seu solebant, salvo pleni et minori iuxta temporum dispositiones omnes exigentias, et alterationes.

Primo namque Capitaneatus Civitatis cum introitibus et iurisdictionibus suis, ubi sunt duo castra s. Petri, et Brischiagni ultra custodias ipsorum castrorum, quas Capitaneus ibidem degentes propriis sumptibus facere tenetur, et debet, vendi solet annuatim pro libris parvorum iij^m: et ultra.

Gastaldia Carnee, ubi sunt duo castra s. Lamberti, et Castri Moscardi, que custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem ut supra vendi solet communiter annuatim pro marchis denariorum viij, et ultra.

Capitaneatus Terre Venzoni cum iurisdictionibus ad communitatem est gratis, et parum valet.

Capitaneatus Terre Glemone M. Den. Lx. et ultra, et Capitaneus degentes tenetur propriis sumptibus custodire castrum ibidem, et Gastaldie Aviani ...

Gastaldia Buie, ubi est unum castrum custodiendum ut supra solebat vendi pro marcis ...

Gastaldia S. Danielis pro M. denariorum xij

Gastaldia Fagagne pro M. Den. xxiiij

Gastaldia Tricesimi, ubi est unum castrum custodiendum sumptibus officialis ibidem, ut supra, vendi solebat annuatim pro M. Den. Lx. et ultra

Gastaldia Sedeiani pro M. Den. xiiij

Capitaneatus Utini cum Gemino, introitibus, et iurisdictionibus ... pro M. Den. L. et ultra.

Gastaldia Civitatis Austrie pro M. Den. xxv. et ultra

Gastaldia Aviani pro M. Den. iij et ultra

... Utini pro M. Den. L. et ultra

Muta Civitatis Utini pro M. Den. xl. et ultra

Gastaldia Tumecij, ubi sunt duo Castra, unum s. in monte, et aliud in plano custodienda cum
[illegible]ibus officialium, ibidem inserv[ientium?] vendi solere ultra ipsam custodiam pro M. Den. v. et ultra

Muta Clusę, quę nunc [illegible] vendi solebat quamvis; ut s. pro Dep[?] iij^{m} et ultra

Capitaneatus Montisfalconi, ubi est unum Castrum sive Rocha in monte custodienda, ut s. solet
vendi cum iuribus et iurisdictionibus pro M. Den. Lxx. et ultra.

Muta Montisfalconi pro M. Den. iij^{m}. et ultra

Gastaldia Maniaci pro M. Den. xiiij

Portulana Aquileię pro M. Den. xl. Sed his elapsis temporibus modicum valuit, et valet
propter guerram.

Et pro Dacio Aquileiensi solebat solvi per comunitatem eandem anni singulis M. Den. xl.
medietas s. in festo Nativitatis Domini, et reliqua medietas in festo Beati Hermacoris.

Gastaldia Agelli pro M. Den. xxiiij vel Circa

Portulana Marani pro M. Den. Lxx et ultra

Gastaldia Carniaci, et Palazoli pro M. Den. xiiij vel Circa

Gastaldia Mossę pro M. Den. xxviij et ultra

Gastaldia Nebulę pro M. Den. iiij

Gastaldia S.ti Viti pro M. Den. C. et ultra

Capitaneatus Terrę Portusgruarij cum Gastaldia et Iurisdictione, nec non cum medietate
Decimarum eiusdem Terrę vendi solet pro modico, et maior pars expenditur pro Custodia
Castri ibidem, parati possunt, et percepi sunt ultra omnes expensas Duc. L. et ultra

Gastaldia Medunę, ubi est unum Castrum custodiendum ut s. vendi solet annuatim
pro M. Den. C. vel circa.

Gastaldia, sive Capitaneatus S.ti Steni, ubi est unum Castrum, sive fortis Turris
custodienda ut s. pro M. Den. C. vel Circa?

Gastaldia Turris cum Castri ibidem custodia iuribus, iurisdictionibus pro M. Den.
xxiiij. et ultra?

Gastaldia Auiani pro M. Den. xij vel circa

Capitaneatus sacili, ubi est unum castrum custodiendum cum Gastaldijs Caniprę et Caudani, etc. pro M. Den. C. vel circa.

Marchionatus Istrię pro libris parvorum x.

Castrum Petrę pilosę in Istria habetur, seu possidetur pignoris nomine sub certis pactis per D. Dojmum de Castello, et spectat ad Dictatem nostram.

Terra Muglę debet annuatim regalia, et Decimam Vini et olei, et D. Patriarcha habet ibidem de Potestate et Rectore ad libitum suum providere tam ex Privilegio antiquo, quam ex vigore pactorum inter Bo: me: Dominum ... Patriarcham Aquileię ultimo constitutorum, et sunt Vini Urna j, et olei Urna j. Et insuper vigore dictorum pactorum scriptorum manu q. Nicolaij Zabini tunc Patriarchalis Notarij tenentur ipsi de Mugla certas pecunias D. Patriarchę annuatim persolvere pro officijs supradictis

Civitas Tergesti aquisita et redempta per D. M. Patriarcham de manibus Venetorum illam occupantium debet ex pacto, et concessione ultra debitam fidelitatem, et obedientiam per cives ibidem in manibus ipsius Patriarchę eorum sacramento prestito annuatim solvere Patriarchali mensę Vini Ribolij Urnas C. et M. Den. C. Et preterea hoc D. Patriarcha qui fuerit pro tempore habet pro voluntatis suę libitu ibidem providere de Capitaneo et Rectore, prout de pactis, et concessionibus huiusmodi apparere debet per Instrumentum publicum manu Jacobi de Fagedis tunc Patriarchalis Notarij

Caniprę Patriarchales Utini, Civitatis Austri, et Aquileę percipiunt annuatim magnos et multos census in bladis, vino, pecunijs, et rebus alijs, prout in libris Camerariorum, qui fuerunt pro tempore plene constat, sed specialiter Canipa Utini est prę ceteris Canipis in premissis omnibus opulentior, et consueverit Patriarchę qui fuerunt pro tempore, eorumque familijs pro maiori parte annui victualibus expensas fecere generales.

Census annuatim per venetos debiti occasione Iurium et iurisdictionum Istrie, quas tenent ascendit ad Duc. 35 vel circa

Gratia vini in Istria, quod estimatur in Gradu ascendit ad rationem medie M. Den. pro Anfora ad illam summam, de qua fit estimatio, et vinum quod debet estimari, si ducitur ad illam estimationem capit Anforas M. C. X. vel ab inde infra

Capitaneatus S.ti Pauli in partibus Tricesanis, ubi est unum castrum custodiendum, ut s. cum iuribus et iurisdictionibus suis solebat vendi annuatim pro Duc. C. et ultra

Nota quod ultra predicta certe pecuniarum condemnationes ius Patrie notum, et per sententiam Patriarchalem camere applicantur.

In Nomine sancte, et Individue TRINITATIS Amen. Ad laudem, et gloriam omnipotentis Dei, eiusque Gloriosissime Genitricis MARIE, et beatorum martirum Hermacore et Fortunati alme Aquile. Ecclesie Patronorum, nec non ad requisitionem pariter mandatum R.mi atque S.mi Patris Principis et Dni mei D. D. Ph. de Alenconio S.te Romane Ecclesie Epi Cardinalis et Patriarche supradicte Ecclie Aquileg. Ego Odoricus Aedue de Utino Aquileg. Diocesis et felicis memorie Dominorum Ludovici et Marquardi Patriarcharum Aquileg. et nunc supradicti Dni mei Cardinalis, et Patriarche Cancell. super dotationibus, honoribus, iuribus, et iurisdictionibus temporalibus, et spiritualibus supradicte Aquileg. Ecclie pro ipsorum notitia, et conservatione memoriale presens breve pro ut nunc memorie mee potuit occurrere ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi, prout inferius est expressum.

Preheminentia, Honores, et Dotationes in spiritualibus.

Primo quidem supradicta Aquileg. Ecclia, eiusque Pastores, et Presules Patriarche habent superioritatem iure Metropolitico super Episcopatus et Episcopos XVIJ. s. Concordien., Ceneten., Tarvisinum, Paduanum, Veronensem,

Vincen-

Vincentinum, Mantuanum, Comaclum, Tridentinum, Feltren., Bellun., Tergesti:num, Emonen., Parentinum, Polen., Iustinopolitanum, et Sibenicen.

Item Capitulum Veronen. et Abbas Mon. de Piro Tervisin. Diocesis sunt Aquilegien. Ecclesiae, eiusque Patriae immediate subiecti

Item quilibet Patria habet ius anteferendi, seu anteferri faciendi Crucem in memoriam Passionis Christi quocunque pervenerit, praeterquam in Curia Regis

Haec autem, et alia plura sunt notoria ex publicis et authenticis Privilegiis Apostolicis per me visis et lectis

Temporalis Diocesis extenditur per totum Patriarchatum, et Ducatum Fori:Iulii, potissimum Ecc.a Tolmetum inclusis Castris Cormonis, et Goritiae, et per Archidiaconatum Karinthiae . . Carniolae, et Marchiae, Ubi ordinaria potestate, seu auctoritate Aquileg. Patria quilibet habet dignitatem, et honores disponendi ad beneplacitum, et providendo de Archidia:conis, beneficia Ecclesiastica auctoritate ordinaria perpetuo conferendo com:gendo . delinquentes absolvendo excommunicando etc. atque ut qui:libet ordinarius Dominus, et Praelatus opportuna alia per se, vel alium in spiri:tualibus exercere etc.

Cividatem Tolmetum Patria habet conferre Decanatum ordinaria non praedecesso:rum suorum Canonicatus Eccl: in Sacello S.ti Pauli prope Tolmetum, ac Capellanias Cala:niani

Et insuper Abbas Sextensis cum Monasterio suo est eidem Patriae et Aquileg. Eccliae immedia:te subiectus

Et similiter Abbas Rosacensis, Bellunen., et Mosacensis, atque plures Abbates cum Monasteriis ipsis in praedictis Archidiaconatibus constitutis sunt sibi immediate subiecti

Monasterium Dominarum Maius Aquileg: et maius Civitatis Austriae ac Monasterium S. Geor:gii, et S.ti Nicolai in suburbiis Utini, ac plura Monasteria Dominarum in Archidiaco:natibus

natibus supradictis subsunt similiter immediate supradicto D. Patriarche

Canonicatus, Prebendas, et beneficia in Ecclesijs Collegiatis de Utino, et S.ti Stephani prope Aquilegiam habet auctoritate ordinaria conferre, et insuper unam Vicariam in Ecclesia Aquileg: et aliam in Ecclesia Civitatis atque nonnulla alia beneficia in Ecclesijs curatis. Sed ipse Vicarie, omnesque collationes sunt temporales, et non perpetuae, et durant ad beneplacitum cuiuslibet Patriarche

Archidiaconatus quoque Karinthie et Carniole et Marchie ad tempus .s. ad Patriarche cuiuslibet beneplacitum conferuntur, et sunt potius officia, quam beneficia

Et idem credo de Archidiaconatibus Cadubrij, et Carnee, sed clarum, ut expressum non habemus certitudinem

Ultra hoc idem Patriarcha quilibet consuevit ordinare et constituere, atque ordinat, et constituit Loco sui ultra commissarios, quos interdum solet constituere speciales tres Vicarios, s. unum in Pontificalibus, alium in spiritualibus, et tertium in spiritualibus temporalibus, qui in Patriarchali Curia, et Dioc. iux. officiorum suorum requisitionem consueverunt se exercere, et reddere rationem, et hij Vicarij durant solum ad D.ni beneplacitum, et duo ipsorum .s. in spiritualibus, et temporalibus consueverunt obtinere provisionem, et sallarium a D.no suo. Vicarius vero in Pontificalibus solet cum co̅itans de questu et lucro suo, et plus contentus.

Insuper de Insula, et Plebe Graden, et quod antiquitus esset Aquilegien Ecclesie immediate subiecta, et quod pertineret . . . Io: ne. Poggonis Aquileg: Patriarche idem Poggo in concilijs pluribus Papalibus et Imperialibus dicit se ipsum Patriarcham Graden se falso nominare Patriarcham. Claruit plurima pub.ca et Authentica Documenta a me visa et lecta

Super Ducatu, Finibus, et Donationibus Fori Iulij.

De Ducatu Fori Iulij sunt plura, et diversa antiqua pub.ca et Authentica Instrumenta Privilegia Imperatorum Romanorum Regum a me visa et lecta, quod ipsa Patria, sive Ducatu cum terris, locis, finibus, et iurisdictionibus quibuscunque, et ceteris appo. traditus, donatus, et concessus e Aquileg: Ecclesie eiusdem Patriarche et Patriarchali tunc possidenti, et successoribus suis

Sunt et pub:ca et authentica Privilegia antiqua a me visa et lecta de singulari Donatione, et concessione facta ipsi Aquilegien. Ecclie, eiusq. Patris, et Presulibus Castrorum quinq. s. Buie, Fagane, Cusagni, Utini, et Pozolij cum tribus milliaribus circumquaq. quolibet dictorum Castrorum, et cum territorijs, iuribus, et iurisdictionibus universis eorumq. dictorum Castrorum ipsum limites egrediantur.

Ministeriales Aquil. Ecclie

Principales, et potiores ministeriales Ecclesie eiusq. presidentis Patris, et Patrie sunt Nobiles de Cucanea, Partistagno, et Valvasono, qui vocantur Camerarij, et tenentur custodire Cameram Patriarchalem potissime vacationis tempore, cum pertinentibus ad eandem Cameram.

Nobiles de Spilimbergo, qui dicuntur et Pincerne Camerarij, et habent custodire Cameram cum pertinentibus, ut s.

Nobiles de Murucio et Tricano, qui vocantur Marschalchi, et Vexilliferi Ecclie Aquilegien.; potissime tempore generalis Exercitus eiusdem Ecclie, et habent custodire stabulum Patriale equorum vacationis tempore ut s.

Nobiles de Prampergo, qui vocantur magistri Coquine Patriarchalis, et debent custodire Coquinam, ut s. Et habent Nob. ipsi ratione ministeriorum, et officiorum huiusmodi plura feuda, redditus, et bona ab ipsa Ecclia Aquileg: ultra eorum fortilitia, et Castra, quae hodie possident, et tenent, pro ut notorium extitit de premissis omnibus. Iam longo retroacto tempore ipsi Nobiles tenere habuerunt custodiam, quia Camera Apostolica se de premissis omnibus vacationum tempore intromisit.

Comites et Liberi

Nobiles de Prata, et Porcileis vocantur Comites, et Liberi, et sunt Vassalli superadicte Aquileg. Ecclie, et Comitatus ipsorum sunt feuda Ecclie Aquileg: et sic recognoscere debent, ut clare patet per pub.ca Instrumenta, potissime de Prata, eiusq. Comitatu, que etiam vidi, et legi.

Liberi

Certi Nobiles de Castello, Strassoldo, Villalta, Castellerio, et Coreniaco et vocabantur de genere liberorum, sed quia per matrimonialem copulam nati

sunt

sunt de genere ministerialium, ideo ministeriales vocantur, in Castra, et plura alia bona recognoscunt, et recognoscere debent in feudum ab Aquileg: Ecclia supradicta, et de iude dictus Patria parlamento apparere debent, et antiqui eorum feuda plenius in scriptis nō habuit ?

Sunt quoq ceteri Nob. Civitas Patrie, et Ducatus Forijulij, qui recognoscunt, et recognoscere debent eorum Castra, et plura, ac diversa bona in feudum ab eadem Eccla Aquileg: et in scriptis ipsa feuda, et bona investiturarum ipsorum tempore ad plenum nō continentur contenta ab antiquis ?

Sunt et certi Nob. vocati de genere habitatorum .s. illi de Sto Daniele, de Barnis superiori, de Maniacco, de Pro parte de Ragogna, de Susano qui recognoscunt seu recognoscere debent Castra, et Domicilia, et plura bona ipsorum iure habitantie, seu feudi habitantie ab Aquileg: Eccla, seu eius Patria, Insule, et Ballon ?

In Castro Utini, et in locis Sti Viti, et Ambrosij sunt certi habitatores, qui domos habitantie et mansos, ac bona plurima, et diversa iure habitantie, seu feudi habitantie ab Aquileg: Eccla, eiusq Antistites recognoscunt, et recognoscere debent.

Sed notandum est, quod Patria quilibet cum suis rectis Feudis, quam et ministerialibus, et habitantie, ceterisq bonis ad Iurisdictionem suam spectantibus habet vigilanter, et diligenter per se, et officiales suos inquirere, et providere: Certum est n. quod de ipsis bonis mansi, et plurima bona in dispositio Dominio sunt distracta, eorumq iure proprij possessio iure Aquileg: Ecclie in preiudicio dictarum, et in utilitate ad maius personarum bonorum eadem nō cognoscunt in damnum non modicum, et preiudicium .s. Aquileg: Ecclie, eiusq Patrie et Insulis non sine dolo fore translata ?

Civile, et Criminale Civitates, et Terre habere nō possunt, nisi dum speciali gratia Patrie sit concessum.

Civile, et Criminale de Civitatibus que habere nō possunt

Notandum est et publice quod notorium et servatum semper extitit, quod in Civitate Aquileg: nec nō in terris Utini, Civitatis Austr, Glemone, Vensoni, Tumetij, Sacileti, Portusgruarij Sti Viti, Sacili, ceterisq Patrie locis nullus habet, et pretendere potest in Civilibus, et Criminalibus iurisdictionem aliquid, nisi quantum de speciali privilegio, et licentia et quibus nominatim Patrie obtinere noscuntur

Preterea notandum est, quod cum Nobiles, qui dicti cuiusq conditionis, et status detinentes feuda ministerialia, et habitantie, seu alia cuiusq conditionis bona ab Ecclia Aquileg: et nō recognoscunt, seu faciunt se investiri de ipsis feudis, et bonis tempore debito .s. infra annum post adventum novi Patriarche,

et Domini

et Pastoris sic poss. possidentibus extinxit quomodolibet, novum ius quesitum eisdem bonis privati dicuntur ipso facto, sicq. iure ipsa ad Presidentem Provinciam devoluta, de quibus idem Preses potest inter annum, ut fuit servatum est, pleno iure disponere, et in alium transferre. Elapso alio ipso anno, nisi idem Preses disposuerit, ut premittitur, eius ipsa bona fiscali magne curie applicata censentur. Si vero aliquis, vel aliqui ex predictis, et alijs quibusvis fidelibus, et subditis Sedis eius Apostolice delinquerint rebellando, seu no obediendo Dno suo, aut aliquid contra honorem, et statum eiusdem Dni verbo, vel opere attentando ipsi delinquentes tales, vel generaliter per leges M.tis Criminis puniuntur, et sic verioribus temporibus est servatum.

Officialis Curie generalis vices Presidis in criminalibus est Marscallus, qui ad officium huiusmodi per Papam, ad eius in beneplacitum deputatur. Marscallus quidem iste durante officio suo, et beneplacito Domini habet potestatem plenariam, et arbitrium custodiendi stratas, suas Presidis Patrie, et puniendi crimina, et delicta potissime in stratis, et locis, ubi officiales Dni S. Potestates, Castellani, Capitanei q. ni regunt, et presidunt. Si vero Presidentes officiales in Civitatibus, terris et locis suis Presidis Patrie quibuslibet in puniendo Criminalia quomodolibet delicta cernunt esse quando negligentes, et desides, tunc ad officium Marscalli spectat defectus supplere huiusmodi, et ipsa crimina delinquentibus et in terris, et locis, excessus, et patrationis criminum debitam inde tradere, et exequi disciplinam, servatis in omnibus Patrie Constitutionibus.

Officiales vero ceteri s. Potestates, Capitanei, Castellani, in terris, et locis quibuslibet suis Presidis Patrie per Papam, ut premittitur, more solito deputati, habent potestatem plenariam in Civilibus, et Criminalibus, in locis durante, ubi deputati existunt, secundum formam Constitutionum, et formam iud. Patrie movetur, et consuetudinum diutius servatis temporibus observatam. Ubi vero officiales huiusmodi vel aliqui eorum defficerunt, seu negligentes forent, tunc Marscallus, sive Marscalli, qui pro tempore fuerint defectus huiusmodi potissime in Criminalibus habent supplere, et conferre iure Dnia magne, et q. est egregium, et fieri

Marscallus est officialis generalis et vices gerens Patrie

Potestas officialium

solent

solent cum conscientia, et voluntate supradicti Dni Patr., qui potest officiales suos singulos ad libitum corrigere, et donare.

Stratae publicae Sacrae Patriae potissime ex privilegia spectant, et spectare debent certis temporibus continue ad iurisdictionem, et custodiam supradicti Dni Patriarchae, eiusq. Marescalli, sive Marschalli Aquilegen. Cap.li sede vacante, ut notorium existit, et ad officium Marescalli spectat punire crimina, et delicta, quae in dictis locis publicis committuntur.

Aquae similiter, et fluvij per Patriam decurrentes ad Jurisdictionem Aquilegen. Ecclesiae, eiusq. Praesidis, et Pastoris, seu Officialium suorum, cui, et quibus specialiter commiserit pleno iure spectant, et pertinent, et Idem intelligi debet de nemoribus, et silvis, In quibus locis potest idem Patr., et Capitul. per se, vel alios piscari, et venari facere, ut saepius factum est pro suae libitu voluntatis, et inde Privilegia plene patent.

De singulari, et plenissima donatione, et Iurisdictione aquae ter... a montibus usq. ad mare, in qua nullus potest aedificare pontem, nisi Patr., et aquae Natisonis, Turris, sive labentis per Civitatem Aquilegien. quae infimis Anfora nominatur, patent publica, et Authentica Privilegia Imperialia, sive Regalia a me visa, et lecta.

De terra insuper infra Plavim, et Liquentiam existenti S.te Aquileg. Eccliae, et Patriae eiusdem pluries donata, et concessa patent Authentica Privilegia sive in plena forma.

De Castro quoq. Montissilicis cum pertinentijs, Iuribus, et Iurisdictionibus quibuscumq. ad ipsum Castrum spectantibus apparent Privilegia Regalia, sive Imperialia publ.ca et Authentica a me visa, et lecta.

Castrum S.ti Pauli in partibus Marchiae cum villis eiusdem Castri, et S.ti Georgij, necnon cum silvis de Meduno, et Medacco, atq. universis iuribus, Iurisdictionibus et pertinentijs suis ex antiquo Privilegio olim per me viso, et lecto ad Patriarchatum mensam spectaverunt, et spectant, sicq. Patr., qui pervenit pro tempore, consuevit de capitaneo, et rectore ibidem pro voluntatis libito continue providere.

Terra

Portusgru-
arius

Terra Portusgruarij per aliquos occupata, exempta est, et liberata de
manibus occupantium per felicis memoriae D. Marquardum Patriarcham Aqui-
legensem, Cui pro se, et successoribus suis, ac vice et nomine Aquileg. Ecclesiae
Potestas, et incolae ipsius terrae per se, et comune ipsius prestiterunt ple-
nam atque perpetuam fidelitatem, et obedientiam recognoscentes, [illegible] omnes
[illegible] data; Jura, et Iurisdictionem terrae ad ipsum Comune quo-
vis modo spectantes. Sed postmodum idem D. Patriarcha de gratia pro-
misit medietatem dictorum Iurium ad usum, et utilitatem, et necessi-
tatem terrae prefatae, et communis, de quibus manu Nicolussij Zibini
[illegible] Notarij apparere debent publ. cartae in M° iij. LXX et
[illegible] semper aliqua in provinciis, ubi idem D. Patriarcha [illegible]
[illegible] unum Castrum, satis forte ad cautelam, edificari, et
firmari fecit.

Marchionatus
Istriae

Marchionatus Istriae, et tota Istria obedire consuevit, et obedivit ex tunc
[illegible] Aquileg. Ecc. eiusque Patriarchis, et Presulibus,
qui fuerunt pro tempore, sed Veneti per vim, et potentiam pluribus
retroactis temporibus occupaverunt, et occupant plures Civitates, Terras, et
loca Marchionatus predicti s. Polam, Iustinopolim, Parentium, Emoniam, Par-
[illegible], [illegible], pluraque alia Castra, et terras in ipso Marchionatu
existentes, [illegible] ipsi Patri-
archae [illegible] pro regalibus, Iuribus, et Iurisdictionibus Civitatum, Terrarum, et
locorum predictorum.

Notandum est tamen, quod [illegible] Civium
[illegible] in M° CCC° LXXXI. super differentiis [illegible] inter dominos
R.m Hungariae, Ianuen., D. Paduae, et Aquileg. Ecclesiam ex parte una,
et Venetos ex parte altera, [illegible] et qui pro tem-
pore fuerit, habet potestatem, et arbitrium plenarium, cognoscendi, diffi-
niendi, et determinandi super omnibus, et singulis Civitatibus, terris, et locis
[illegible] occupatis, et super iuribus earum.

Tergestum

Civitas Tergestina cum auxilio, et favore Ianuen. existit s. in M° iij.
LXXX. per bo. mem. D. Marquardum Pat. Aquil. aquisita, et

de manibus

de manibus Venetorum illam occupantium redempta, cum castris de Muro?,
et Mussulano, ipsiq. Petro pro se, et successoribus suis, ac vice et nomine suae
Aquileg: Ecclesiae, [illegible] dictae Civitatis Iustinopolis [illegible] obedientiam, et fide-
litatis plenae et [illegible] debitum Iur.m [illegible] idem Petrus, et successores
suis [illegible] in ipsis Civitate et castris providere potuerit, et [illegible] de
capitaneis, et rectoribus pro eorum libito voluntatis: ipsos [illegible] civium [illegible]
bus, et prout [illegible] generaliter ipsi cives eidem Petro, et successoribus
suis, sive suae Aquileg: Ecclesiae de certis annuis censibus singulis redditibus,
prout haec, et alia in actis publicis inde confectis manu Jacobi de An-
gelis, tunc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] contineri, [illegible]
[illegible] in [illegible] omnia [illegible] praedicti. Nunc autem propter
guerras nimias in [illegible] [illegible], et [illegible] quae [illegible]
Cardinalis, et Petrus impedimentis [illegible] sibi, et dictae Aquil.
Ecclesiae nobilibus plenam, et debitam [illegible] non potuit consequi
obedientiam, et debita iura sua, [illegible] sibi usurpavit, et usurpa-
[illegible] Civitatem, et Castra praedicta indebite, et de facto. ¶.

Terra Pilosa, [illegible] de Castello

[illegible] Poijmus de Castello, seu illi de domo sua [illegible] [illegible] circa
Castrum, [illegible] ad mensam Patriarchalem spectans, et ultra hec [illegible]
[illegible] [illegible] pluribus [illegible] temporibus occupavit, et
occupat Marchionatum [illegible], cum iuribus, Iurisdictionibus, et
omnibus pertinentiis suis, in quo Marchionatu ultra occupata per
Venetos, ut [illegible] notorium est, adhuc extabant, et extant Castra viij.
Aquileg: Ecc: et [illegible] qui [illegible] tempore obedientiam debitam,
et plenariam praestabant. s. Castra de Bulleis, Portulis, Pizzonna?,
Albona, Flanona, Colmoroccio, et [illegible] castris.
Terra [illegible] cum omnibus iuribus, et Iurisdictionibus, ac privilegiis suis
spectat, et pertinet ad Aquilej. Ecclesiam, [illegible] [illegible],
ubi idem Petrus habet, et potest pro voluntatis suae libito de Potestate,
sive Capitaneo, et rectore providere. Nam virtute Privilegii Imperi-
alis, et Regalis antiquitus ipsi Aquilej: Ecc: specialiter concessi, pro ut in regi-
stris Privilegiorum Capituli eiusdem Ecc: vidi, et legi, [illegible] ex virtute pactorum
ultimi

ultimo contractum inter bo: D. Marquardum Patriarcham, et cives, et incolas terre supradicte, Et preter hoc prefati de Auglo annuatim Patriarche solvere tenentur pro regalibus, et decimis vinum et oleum consuetum, nec non certam pecunie quantitatem inter ipsos pactorum, de quibus apparere debent instrumenta publica, et autentica manu q. Nicolussij Zerbini de Utino tunc Patriarche Notarij M.º iij. L x x. et cet.º /.

In partibus Carniole et Marchie sunt plura Castra, et bona spectantia ad Patriarcham, nempe: S. Castra de Los, Vipaci, et Crisperch, cum pertinentijs ipsorum: que nunc occupantur per Comites Cilie, et de Ortemburch: Credendum, quod ipsi comites certas Investituras habeant tacita veritate obtentas /.

Carniole et Marchie

Castrum Vindisgradi cum muris, et omnibus pertinentijs suis olim fuit de Patrimonio filiis me: D. Patris Bertoldi, Et idem Castrum illud, et alia plura bona, Jurisdictiones, et Jura acquisivit per se et dimisit S. Aquilegensi Ecclesie, Eiusque Patribus, et Prelatibus, prout ex variis privilegijs plene, et clare constat; sed nunc occupatur per Duces Austrie /.

Vindisgradi

In eisdem partibus sunt Vassalli multiplices, et diversi ac magnates, et qui consequerunt negocium multiplicia, et diversa feuda a dicta Aquilegensi Ecclesia, et Patris Aquilegensis, qui fuerunt pro tempore, nihilominus in forma debita Investituras ipsorum, que apparent nihil per Autentica Privilegia, et publica documenta, Ergo in manus eadem scripsi. /.

Investituram Patriarchatus debet accipi ab Imperatore cum erat in Italia

Patriarcha quilibet debet, et tenetur Regalia et Temporalia sua ab Imperatore recognoscere, ac de illis Investituram accipere, Et hoc potissime, quando Imperator in partibus Italie existit, alibi non tenetur, ut ex speciali Privilegio constare videtur /.

Rex Boemie

Quas Rex Boemie tenetur ex debito nomine Patriarchatus Aquilegensis si forte ab aliquo Capiantur, Et ob hoc Idem Rex tamquam Vassallus obtinet bona plurima ab Ecclesia supradicta. /.

Duces Austr.

Item Duces Austrie sunt vassalli Ecclesie supradicte Aquilegensis, eiusque Patriarche et Pastoris, et obtinent plura, et diversa bona, et feuda a dicta Ecclesia

31

Ecclesia in partibus Carinthiae, et alibi, quae recognosceri debent, ut iam retro: actis temporibus a Patriarchis, qui fuerunt pro tempore, recognouerunt.

Similiter quoque Comites Goritiae, Ciliae, et de Ortemburg sunt vassalli supra: dictae Ecclesiae Aquileiensis et obtinent plura, et diversa castra, et bona iure feudi a praefata Ecclesia, et Patriarchis, qui pro tempore fuerunt, quae recognoscere, et se de illis investiri facere tenentur, prout alias fecerunt. ?.

Comites Goritiae, Ciliae et Ortemburg.

Alii tenent, et occupant castra, et bona feudalia plurima et diversa, quae non curaverunt forma debita recognoscere, et tenentur. ?.

Praeterea illi de Duino debuerunt, et debent recognoscere more praedecessorum suorum castra Duini, Prem, et Senosetsch cum pertinentiis eorum iuxta antiquarum scripturarum tenorem, quas vidi, et legi, iure feudi Aquileiensis Ecclesiae Spectantibus. Sed etiam de Duino requisiti per bo: me: D. Marquardum Patriarcham Aquileiensem hoc facere recusarunt, de qua requisitione debet instrumentum apparere publicum manu Joannis Gubertini tunc Patriarchalis Notarii. ?.

Item notandum est, quod tempore bo: me: Ottoboni Patriarchae sunt ecclesiae depositata, sive pignorata fuerunt penes quendam de societate Capenorum de Florentia omnia Imperialia, et Regalia optima Privilegia continentia donationes Fori Julii, aliorumque locorum, et terrarum ad supradictam Aquileiensem Ecclesiam spectantium, quorum privilegiorum maior pars erat bullis aureis bullata, prout inde constat ex publico instrumento manu quondam D. Melioranciae Cancellarii tunc dicti Patriarchalis Notarii scripto. Et apparere debent, et sunt privilegia clara, et autentica Imperialia de confirmationibus Privilegiorum, donationum, et iurisdictionum omnium ipsi Aquileiensi Ecclesiae olim per quoscumque Imperatores, Reges, Principes, et alios, quomodolibet concessarum. ?.

Ego Bartolomeus Becius q. D. Tarvisij Becij publicus Imperiali auctoritate not. matricularis et in canc.a vrbis eiusd.a Ultrascriptas scripturas ex originali autentico manu ultrascripti D. Odorici canc. Patriarchalis exhibito Cl.mo D. Antonio Lauredano Prov. Fori Julij locumtenenti dig.mo per Nob.em D. Odoricum Susannis eius registrum not.m de verbo ad verbum fideliter exemplavi, et in fidem roboravi meo signo, et fuit impressum sigillum S. Marci.

Et advertendum est, quod aliqua verba deficiunt in aliquibus locis, quia carta originalis erat ob vetustatem corrosa.

Ego Iohannes Vilreus q. D. vivi q. Georgij D. Vittoris civis Utini publicus Imperiali auctoritate Not. et Iudex ordinarius Civitatis ac supradictas et ultrascriptas scripturas exemplatas a suprascripto D. Bartolomeo Becio de verbo ad verbum fideliter exemplavi, et in fidem me subscripsi.

1412 In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem M. iiij^c xij die
Ven. Mensis primo mensis Julij quinta Indictione, Pontificatus sanctissimi
in Christo Patris, et Dni nri D. Jo. divina providentia Pape. 23, anno eius
Tertio. Actum in Civitate Austrie [illegible] in Ecclia Collegiata Ecclie Beate Marie,
presentibus Ven. et Egr. viris D. Nicolao pbro Joanne Francisco Cardino de Andri-
no, Jacobo a Caballis, et Cardino [illegible] Canonicis eiusdem Ecclie, ac Corra-
do Boiano de Civitate Austrie, Franc.o de Cormono . . de Vigulza-
no militibus, Leonardo de Cormono [illegible] de Bambris, Leonardo de Bom-
bergo, Hermano de Clauciinis, Nicolao a Ponte, et Reijnerio, et Antonio de
Cavalcantibus de Utino, testibus ad infrascripta vocatis, specialiter habitis, et alijs
pluribus in multitudine copiosa [illegible]. Ubi in eadem Ecclia congregato soli-
nitur [illegible] speciales, et debite ad sonum sonum Campane, ut moris est in
Patria Fori Julij ante altare S.ti Catharine: Ill.mus Princeps et D. D. Henricus
Dei gratia Comes Goritie, et Tirolis [illegible] Ser.mi et Invictissimi Principis et D.
D. Sigismundi Dei gratia Romanorum, et Hungarie Regis Commissarius ad infra-
scripta specialiter deputatus per certas ipsius D. Regis literas ibidem in Parla-
mento publice lectas eius sigillo Regni Romani Imperij [illegible] sigilla-
tas, et eandem literali sermone per Ven. virum D. [illegible] in vulgari
expositas publice, et declaratas, declarari, insinuari, et intimari fecit generali
Colloquio publico copiose congregato nomine totius Patrie fidelibus, et servito-
ribus Romani Imperij, et ipsius D. Regis tenorem, et formam predictarum litte-
rarum, in quibus in effectu continebatur, et continetur, quomodo idem Ser.mus D.
nr Ro: et Hungarie Rex affectionem habens singularem ~~ad Ecclesiam~~ ad
Ecclesiam Beate Marie de Aquilegia, Patriamque suam Fori Julij, ac res, et sin-
gulos eiusdem Patrie fideles incolas, et subditos eidem, que a. Jam diu, pro
dolor, non modicis turbinibus, guerris, litibus, et nephandibus est conquassata,
prout ut id ex . [illegible] sua debita, a quo Ecclia [illegible] dignoscitur . fide
data graciose providere volens et eidem Patrie prefecturam in Temporalibus,
pro ut id ex Juris Patronatus honore, ut asseruit, facere poterat, commisit Ill.
Principi, et D. D. Henrico Comiti Goritie prefato, ut ab Ill. Principe D. D.
Ladislao Duce de Tekis tamquam a persona idonea, et utili, de nobili prosapia
genito, et tamen scientia non modicum decorato [illegible] et [illegible] Jur.ta ad sacra

Eccam

Evangelia suscepto nomine Romani Imperii Temporalitatis exercitium eidem
concedimus ipsumque de Patriarchatu investimus et ponimus in sedem Patriarchalem in
civitate dicta ubi Jurisdictio Patriarchalis in temporalibus exerceri solet, quocirca
vobis praecipimus [illegible], ut erat, et est moris, itaque praefatum D. Henricum
Comitem Goritiae diligenter fidelitatis, et omagii iuramento praefatum
D. Ludovicum eidem Henrico Comiti Goritiae nomine, et pro parte Regiae
M. Rom. et Hungariae Regis recipienti praestet et debite fidelitatis et [illegible], itaque
D. Ludovico in dicta Patriarchali sede posito, gladioque evaginato praefatum Henricum
Comitem Goritiae assignato, decantatoque Te DEUM Laudamus, deinde no-
minatim convocatis omnibus, et singulis Reverendis et venerabilibus patribus, ac circumspe-
ctis viris Domino Henrico DEI gratia Episcopo Concordiensi, Abbatibus, collegiis, no-
bilibus, et civitatibus infrascriptis et requisitis de mandato et commissione praefatae M.tis
Regiae, quatenus eidem D. Patriarchae praestare deberent debitum fidelitatis, et omagii
iuramentum. Qui idem omnes et singuli, quorum infrascripta nomina describuntur, volen-
tes mandatis R. M.tis ut tenentur, et debent humiliter, et devote obedire, singu-
lariter singuli ibidem tactis sacris Evangeliis praefato D. Ludovico Patriarchae, et
in manibus suis debitae fidelitatis, et omagii iuramentum praestiterunt, in hunc
modum In plurali, et singulari, et iuravit ad haec sacra DEI
Evangelia esse fidelis et obediens fideles, et obedientes R.mo in Christo Patri
et D. D. Ludovico Duci de Teck DEI gratia sanctae sedis Aquil. Patriarchae
electo, et regulariter in omnibus, et singulis, ut [illegible] et legitimo Patriarchae eidem
iure, et de consuetudine parere, et obedire, ac mitte et humillissime Ro:
Regi, et suis successoribus Canonice intrantibus, sicut quilibet verus, et legalis
subditus, et fidelis, veri, et legali subditi, et fideles Ecclesiae Aquil. et Ro:
Imperii tenentur debent et [illegible], si DEUS me, et nos adiuvet, et haec S. DEI Evan-
gelia.

In Christi NOMINE AMEN. Dudum R.mo in Christo Patre, et D. D. Antonio de [illegible]
gratia Aquil: Patriarcha per sanct.mum in Christo Patrem, et D. nostrum D. Ioannem Divina Pro-
videntia Pappam 23. ad dignitatem Cardinalatus assumpto venerabiles
et circumspecti viri Domini Fredericus et Paulinus decretorum Doctor Decanus
Canonici, et cap.lum Aquil: convocantes diem illam cum continuatione sequentium
praefixerunt ad Electionem futuri Patriarchae celebrandam, faciendas ex vocandos
ad huiusmodi . Convenientibus igitur ipsis in huiusmodi c[illegible] ad
cap.lum atque ad dictam Electionem celebrandam ad praedictam diem de mandato
D. Decani praedicti [illegible] civitatis Aquil. ad sonum campanae, ut moris est, omnibus,
qui

qui debuerunt non potuerunt et non potuerunt commode interesse, videlicet D. Ardencio
de Paleinis Decano Vercellensi, Marco Mandro de Tempoli, Cardinale de
Gavalinis. [illegible] de fenoyrolis In eum Canonicis [illegible], et tamen Agl-
ladensis [illegible] in sacris ordinibus constitutis, totum et integrum capitulum dicte ec-
clesie facientibus, et representantibus, cum non sint alij in [illegible] dicte
eiusdem ecclesie Canonici in dicta ellectione facienda uocem habentes.
Prefatus [illegible] Federicus decanus [illegible] et omnium, et singulorum
de ipso Capitulo [illegible] excommunicatos, suspensos, et interdictos, [illegible]
dos [illegible], et singulos qui de iure, et consuetudine non possunt, et non debent [illegible]
[illegible] dicto ellectionis negotio [illegible] capitulo alios ad quos de iure
ellectio spectabat [illegible] protestans quod non erat [illegible] alios Canonicos
[illegible] tales admittere tamquam ius in ellectione habentes [illegible]
[illegible] Immo uolebat quod [illegible]
[illegible] suffragium ne efficiat alicui [illegible], et prorsus [illegible] negotio,
[illegible] His peractis, et deliberatione prehabita quam forma
esset in dicto ellectionis negotio procedendum, tandem placuit omnibus, et singulis
a [illegible] D. Decano requisitis suo [illegible] nomine [illegible]
[illegible] Agl: Ecclesie [illegible]. Unde unanimiter, et concorditer nullo pe-
nitus discrepante, [illegible] dederunt [illegible] viris D. Ardencio
de Paleinis Decano, Ioanni Mandro, [illegible] canonicis
[illegible] plenam, [illegible] et liberam potestatem, bayliam, et auctoritatem ellegendi,
seu postulandi [illegible] Ecclesie Agul: de se, vel alijs [illegible]
[illegible] ac ipsi ecclesie [illegible] Ita tamen quod [illegible] fuerint
ellegenda uel postulanda unus ipsorum [illegible] mandato [illegible], ac [illegible]
et eorum Capituli personam illam ellegat, seu postulet [illegible]
bere, promittentes uniuersi, et singuli quod ipsum accipient in suum, et Ecclesie
Agl: Pastorem, et [illegible] quem ipsi [illegible] duxerint ellegendum seu po-
stulandum, [illegible] quo commissio sic facto, et ab
ipsis commissarijs sponte, et expresse suscepto, statim nulla mora, vel [illegible]
interposita [illegible] D. Ardencius Decanus Joannes Mandrus, et Philippus Canonici
Ecclesie Agl: [illegible] capitulo eiusdem Ecclesie ellecti, et deputati habentes
plenam, et liberam potestatem, bayliam, et auctoritatem ellegendi, seu postulandi quem
uoluerint in Pastorem Agl: et eiusdem ecclesie [illegible] in [illegible] loco
collationem, et tractatum inter se habitos tandem unanimiter conuenerunt ad postu-
landum Illmum Principem, et D. D. Ludouicum [illegible] Ducem ac [illegible]

in minoribus ordinibus constitutum, virum gravem, utilem, idoneum, et
sufficientem pro regimine Aquil: Ecclesiae, [illegible] et [illegible]
ad Aquileg: Ecclesiam quomodolibet pertinentium, virum utique ex Illmi progenie
genitum, tamque scientia decoratum, ac moribus et vitae [illegible] commen-
dandum, [illegible] Gallus D. Fabritius Decanus compromissarius supradictus vice
sua, ac aliorum Dominorum compromissariorum, et collegarum suorum, ac de ipsorum man-
dato [illegible] sibi [illegible] super hoc ab eisdem, ac vice et nomine ipsius Capituli Eccle-
Aql. in dicto Capitulo eundem D. Ludovicum [illegible] postulavit solemniter in
hunc modum, vz. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Cum
vacante Ecclesia Aql. placuerit omnibus et singulis Dnis Decano et Capitulo Ecclesiae
Aql. per formam compromissi eidem Aql. Ecclesiae providere, misique ac D. Jo. [illegible]
et Philippo [illegible] meis compromissariis, et collegis [illegible] liberam [illegible],
et auctoritatem [illegible] eligendi vel postulandi quem voluerimus ad [illegible] in Pastorem
dictae Ecclesiae, et eidem Ecclesiae providendi de eodem. Nos post diversos trac-
tatus [illegible] divina favente clementia in Illmum Principem D. Ludovicum
[illegible] diximus [illegible] virum utique ex Illmi progenie
genitum, tamque scientia decoratum, moribus, et vita [illegible] plurimum [illegible]
ex [illegible] spiritualibus et temporalibus plurimum
circumspectum. [illegible] Ego Fabritius Decanus, et compromissarius Gallus [illegible]
vice mea et aliorum collegarum, et compromissariorum meorum, ac de mandato ipsorum, nec non vice
et nomine totius Capituli Aql: dictum D. Ludovicum postulo in Pastorem, et pastorem
Ecclesiae Aql: et eidem Ecclesiae providendo de eodem. qua postulatione sic facta
[illegible] omnes et singuli Dni Decanus, Canonici, et Capitulum
eandem postulationem ibidem approbaverunt, Te Deum laudamus [illegible]
[illegible] clero, et populo solemniter publicaverunt, rogantes
me [illegible] notarium infrascriptum, quatenus de hac postulatione publicum
[illegible] conficerem instrumentum, quod voluerunt sigilli Capituli [illegible] appensione
muniri. Acta sunt haec in Capitulo Ecclesiae Aql. sub Anno Nativitatis Dni
millesimo quadringentesimo duodecimo, die Mercurii sexto mensis Julii [illegible] Indictione
Pontificatus sanctissimi in Xpo Patris et Dni nri D. Joannis divina providentia
Papae 23. [illegible] anno [illegible], praesentibus ibidem [illegible] D. [illegible]
[illegible] olim decano Ecclesiae [illegible] et [illegible] Aql. [illegible]
[illegible] mansionariis dictae Ecclesiae.

Agt: ac Ibro Antonio de Mulana in dicta Ciuit. Agt. commoranti testibus ad supra-
scripta uocatis specialiter, habitis, et rogatis, et alijs.

Et Ego H. premissis omnibus et singulis una cum suprascriptis testibus in dicto Capitulo pre-
sens fui eaque sic ut premittitur fieri uidi, et audiui, de mandato et commissione
praefatorum Dominorum Decani, Canonicorum et Capituli ea in notam recepi, et hoc instrumentum
scripsi, et publicaui, signo et nomine meis appositis consuetis in fidem et testimonium
omnium, et singulorum premissorum.

Et Ego ea in notam recepi, neque alijs occupatus negotijs per alium fidelem
scribi feci, neque subscripsi, et in hanc publicam formam redegi signo, et nomi-
ne meis appositis consuetis in fidem et testimonium omnium, et singulorum premissorum
[illegible] per manum alterius scriptum publ.ci ut supra [illegible]

IN NOMINE PATRIS, et Filii, et Spiritus Sancti. Karolus serenissimus Augustus, a DEO coronatus Magnus Pacificus Imperator Romanum gubernans Imperium, qui et per misericordiam Dei Rex Francorum, et Longobardorum. Quicquid enim ob amorem Dei omnipotentis, et ad loca Sanctorum venerabilium pro mercede animae nostrae augmentum cedimus, et condonamus, hoc nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem pertinere confidimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini praesentium scilicet, et futurorum, qualiter vir venerabilis Maxentius Patriarcha serenitati nostrae suggessit, eo quod sedem, quae Aquilegia Civitate priscis temporibus constructa fuerit, et ob incursionem, et perfidiam Gothorum, et Avarorum, seu caeterarum nationum derelicta, ac destructa hactenus remanserat, divino amoris fretus auxilio Christo propitiante una cum nostro adiutorio construere, atque reparare ad pristinum honorem cupiebat. Sed quia locus, in quo hoc facere operabat admodum artus, et strictus habebatur, nec condigne ibidem hoc facere non valeret, petiit Celsitudini nostrae, ut in elimosina nostra ad eandem suam sedem aliquam portionem hereditatis, quam Rotgaudus Longobardus, et Germanus illius filii intra Civitatem, et foris prope moenia Civitatis ipsius habuerunt et propter eorum infidelitatem quia cum Rotgaudum quondam infideli duci fuerunt interfecti in publicum nostrum secundum legem Francorum, et Longobardorum devenerat, et post illorum duorum fratrum discessum hac tenus quidam fidelis noster nomine Landola per nostrum habuit beneficium, et post huius discessum Bruno filius eius, deinde Bono habere visus fuit, tradidimus, et confirmaremus cum omnibus opportunitatibus, atque diversis aedificiis, et reliquas constructiones, quae ad honorem illius loci pertinent, sicut ipse mente provida tractaverat, et adimplere vellet. Nos vero hanc tam praeclari operis constructione exhilarati condonamus, atque confirmamus supradictam portionem duorum fidelium fratrum infidelium, Rotgaudi videlicet et Felicis, quae ad ius nostrum pertinere dinoscebantur in elimosina nostra pro mercedis animae nostrae augmento Ecclesiae Dei Sanctae Genitricis MARIAE, et ad ipsam sedem Aquileiensem ut

ut

ut futuris temporibus ad ipsam sedem sanctam proficiat in augmentum, et
domus cultilem cum aedificiis terris aratoriis vineis pratis silvis, seu
portionem illam, quam in portu fluminis quod vocatur narivionis haben-
tes fuerunt sicut superius comprehendimus quicquid intra Civitatem, vel
foras prope muros Civitatis dicioni nostrae ex ipsa Senditione pertinere
videtur tradimus, atque confirmamus, et in perpetuum mansurum esse volumus
Circius quidem frater illius nobis Lodolfus, qui in infidelitate eorum nobis perse-
veravit, suam adhuc tenet portionem: per reliqua vero loca ubi, et ubi
aliquid de susceptibus infidelium Senditionis ad nos pervenit, nostrae Impe-
riali reservavimus ordinationi. Praecipientes ergo iubemus, ut nullus
fidelium nostrorum cuiuslibet ordinis, officii, auctoritatis, atque honoris digni-
tatis in futurum de praedictis rebus, quas perpetualiter eidem ipsum
sanctum locum delegavimus, atque confirmavimus, Rectores ipsius Sanctae Dei
Ecclesiae praenominatas res per tempora legitimam absque ullius contradictione
tranquille, et quiete iure perpetuo possideant. Et ut haec traditio, et con-
firmatio nostra firmius habeatur, et per futura tempora melius conser-
vetur manu propria subscripsimus, et de Annulo nostro subter sigillare
iussimus.

Data XII Kal. Ian. Anno XI Christo propitio Imperii domni et XLIIII.
Regni in Francia XXXVII. in Italia Indictione V. Actum Aqui-
sgrani Pallatio Regio In Dei nomine Feliciter Amen.

Anno XII imperii fuit. sic.
Ann. XXXVII. Reg. Ital. sic
in quo tradit indict. V.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Karlomannus divina favente gratia Rex. Si liberalitatis nostrae munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, et necessitates ecclesiasticas ad petitiones servorum Dei nostro relevamus iuvamine, atque regali tuemur munimine, id nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam, et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter noverit sagacitas omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, ac nostrorum tam praesentium quam et futurorum, quia adiens serenitatem nostram venerabilis vir Walbertus Aquileiensis Ecclesiae Patriarcha quae est in honore sanctae MARIAE et sancti Petri Principis Apostolorum, seu et sancti Marci Evangelistae constructa detulit obtutibus nostris quasdam preceptionis auctoritates gloriosissimi Patris nostri bonae memoriae Hlotarii, atque Ludovici Augusti avi nostri, necnon et gloriosae memoriae Karoli praestantissimi imperatoris: In quibus continebatur qualiter iidem gloriosissimi Augusti praefatam Ecclesiam sanctae sedis cum Ecclesiis Baptismalibus atque Cardinalibus, sive cum   et omnibus rebus locisque sibi subiectis sub immunitatis defensione consistere decreverint, et quod licentiam eidem sancto loco contulissent clero scilicet et populo quandocumque necessitas pulsaverit secundum canonicam institutionem ex se ipsis Pontificem eligendi, et in praefata sede constituendi. Continebatur   ut homines eiusdem Ecclesiae de annona, et de peculio suo decimas in partem fisci darent, nec de peculio ipsius Ecclesiae, quod in partes Histriae in pascua mittebatur ullum exigant herbaticum, et a praefatae Ecclesiae hominibus mansionatici et fodri nullatenus accipiantur, et exigantur, nisi per Regum, et Imperatorum eiusdem Regni aut filiorum suorum ad tantum fiere venientium et praesidium illuc propter inimicorum insidias tenentur: Pro firmitatis namque studio postulavit nos idem Dei famulus, praefatus Patriarcha famosissimus, ut morem antecessorum nostrorum similiter nostram etiam auctoritatem circa ipsum sanctum locum fieri decerneremus. Cuius petitionibus ob amorem Dei, et animae nostrae salutem libenter annuimus, et hoc nostrae auctoritatis praeceptum circa ipsum sanctum locum fieri

censuimus: per quod constituimus, atque perenniter firmum fore volumus,
ut memoratae Civitatis clerus ac populi licentiam habeant secundum Canoni-
cam institutionem eligendi sibi Pontificem: praecipimus ergo, atque iube-
mus, ut nemo fidelium nostrorum, vel quilibet exactor, aut aliquis ex iudicia-
ria potestate nec de praedicta praefatae Ecclesiae herbaticum, nec de terratico ex
praedictis hominum ipsius Ecclesiae decimam nec ab eis mansionaticos
aut fodros penitus accipere, vel exigere praesumat, nisi forte quando nos aut
alicuius filii nostri illuc pervenerit adventus, vel quando praesidium illic positum
fuerit ad inimicorum infestationem propellendam. Sed et nullus ex fideli-
bus nostris, vel Iudex publicus in Monasteria praefatae Ecclesiae subiecta, et
xenodochia, et Ecclesias parochiales, et vicos earum, vel ceteras possessio-
nes, quas moderno tempore iuste et rationabiliter in quibuslibet pagis, et
territoriis infra ditionem Imperii nostri memorata tenet, vel possidet Ecclesia,
tam ex munere Regum, sive Imperatorum vel Ducum, quam etiam ex collatione
Albuini et Teotpurgae famulae Dei et Rotcausi seu Luponis in Carone;
et sicut Lautbirga reliquit bonae memoriae Hunfredo res in Ravenna,
et in Carone quae obtulit in Ecclesia sanctae MARIAE seu quod in area de ipsis rebus
Hunfredi legaliter illuc acquiri poterat, sive quicquid in ipsa Ravenna ex Regia
parte pertinet in Publicam Ecclesiam sine alicuius contradictione concedimus habendi
potestatem. Nec non ex oblationibus, emptionibus, et commutationibus, vel in-
mas diversorum catholicis viris collatae fuere Ecclesiae ad causas audiendas,
vel freda, aut tributa exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fide-
iussores tollendos, nec homines ipsius Ecclesiae tam ingenuos quam servos super terram
eiusdem commanentes, vel residentes distringendos nec ullas redibitiones aut in-
licitas occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi audeant, vel ea quae supra
memorata sunt penitus exigere praesumat. Sed liceat praefato Pontifici, suisque
successoribus res praedictae Ecclesiae sub immunitatis tuitione quieto ordine
possidere, et nostro fideliter parere Imperio. Et quicquid de rebus praefatae Ecclesiae
fiscus exigere poterit in integrum praefatae concessimus Ecclesiae, ut nostris futuri-
sque temporibus in eodem loco ibidem famulantibus ad Dei servitium peragendum
augmentum et supplementum fiat. Hanc ergo auctoritatem ut pleniorem
in Dei omnipotentis nomine obtineat vigorem manu propria subter firma-
vimus, et anulo nostro sigillari iussimus.

Data VIII. idus Madii Christo propitio Anno III. Regni Carlomanni serenis-
simi Regis in Baioaria, et in Italia II. Indictione XV.

IN NOIE Dni nri Jesu Xpi aeterni. Hludouuicus gra Dei Imperator Augu-
stus. Si petitionibus servorum Dei clementiae nrae accommodamus assensum,
et ea quae juris Ecclesiasticis suggeruntur ad effectum plenius efficimus,
profecto ad solum divinum nobis, regnoque nro conciliamus auxilium, sed
et fidelium suorum animos in nrum promptiores reddimus famulatum.
Proinde omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, et nrorum praesentium, futurorumque
cognoscat devotio, quia vir venerabilis, et religiosus Maxentius
Aquileiensis, sive Forojuliensis Ecclesiae Patriarcha per carissimum Illustrissi-
mum Comitem, dilectumque Compatrem nrum magnificentiae nrae antiquas
auctoritates ostendit, quibus manifestissime comprobatur, quod Aquileia
Civitas ab initio fidei Catholicae per Italiam, Germaniam, Venetiam,
Istriamque regionum disseminatae principatum in omni Ptia Patriar-
chalis obtinuerit dignitatis, et post eversionem suam aliquamdiu a
Gradensi Ecclesia praesentem, iuris studio suorum Insulam, Romanorumque
Pontificum favore, et maiorum nrorum auxilio separaverit. Siquidem
cum cogeretur precibus habitatorum suorum eadem Civitas Attilae saevissi-
mi Hunorum Regis esset iam manibus tradenda quo in tempore plures
quoque Civitates Italiae obsidionem, vastationemque hostilium passae
esse noscuntur. decidit ut eiusdem urbis beatus Paulus Antistes ad
Insulam, quae Gradus nuncupatur, cum omni Ecclesiae Thesauro confuge-
ret. Honoratus etiam Mediolanensis Archiepiscopus eodem metu Janu-
ensium urbem expetiit, et hac sola fuerit occasio qua propter Aqui-
leiae vastationem defuncto Paulo Pontifice Gradensis Antistes
Patriarchatus dignitatem assumpsisse cognoscitur. Et ne longum sit singu-
la prosequi pluribus postmodum Conciliis decretum, confirmatumque est,
ut sicut Mediolanensis Ecclesia post redditam pacem pristinam recu-
peravit dignitatem, et Januensis Episcopus sub Mediolanensi in suffra-
ganei ordine mansit, ita etiam Aquileiensis, sive Forojuliensis
Antistes in omni Istriae Patria [illegible] piscopos suos sibi vindicaret
auctoritatem. quod maxime firmavit, diffinitumque est temporibus bti
Papae Eugenij, qui ad suggestionem piae recordationis Ludouici avi nri,
atque Dni et Genitoris nri gloriosae memoriae Dni Lotharij Serenissimi

Augusti

x.

Augusti petitionem sinodalem Concilium Mantue congregari precepit, in quo sub presentia, legatorum sancte Romane Ecclesie adsidentium coram Maxentio Aquileiensi beate recordationis Antistite suprascripta Controversia Aquilegensis, et Gradensis Ecclesie sententijs Episcoporum penitus est absoluta. Principes quoque temporibus beatissimi Pape Gregorij interpellante ipso contra Gradensem Episcopum suprascripto Maxentio Foroiuliensi Pontifice, eadem est questio ventilata, et nec iudicio ad finem usque perducta, sed propter querulam Capitularitam, et amentiam, quia motum potuerat, ne iterum suprascripta questio posset emergere, et sollicitius deinceps Ecclesijs indulgere, Senatores & Curandum Comitem suprememoratum Petra Andreas Domini et Comitis huius expegit celsitudinem, ut antiquissimum ~~[illegible]~~ ius Ecclesie eius donum confirmaretur auctoritate. Ad ipsum etiam postulans et venerabilis Theutmarus Patriarcha, per iam dictum Gerardum illustrem Comitem dilectumque generum nostrum exoravit Celsitudinem, ut easdem diffinitiones, ac domini Gregorii auctoritatem more predecessorum nostrorum corroborare dignaremur. Cuius postulationi assensum nostrum libenter accommodantes, hoc magnitudinis nostre decrevimus apices fieri, per quos decernimus, atque in perpetuum sancimus, ut Antistes Aquilegiensis, sive Foroiuliensis omni tempore Patriarcham, et metropolitanam dignitatem in ordinandis, visitandisque Istrie episcopis, et Ecclesijs, absque ullius deinceps contradictione, et inquietatione possideat, neque aliquis unquam supradictam adversus Aquilegiensem Ecclesiam renovare valeat questionem. Et ut hec nostre confirmationis auctoritas stabilem perpetuis temporibus obtineat inconvulsumque vigorem manu nostra subter confirmavimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Data III. Kal. Novemb. Anno Christo propitio Imperij domini Ludovici serenissimi Augusti V. Indictione III. Actum Papie Civitate Palatio regio in DEI nomine feliciter Amen

Signum manus Hludouuici serenissimi Imperatoris

Karolus gratia Dei Rex Francorum et Longobardorum, ac Patricius Romanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Gastaldijs, vel omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris. Merito quidem a nobis sublimantur muneribus, qui nobis fideliter obsequijs famulantur, Et ideo si petitiones eorum pro quibus nostras pulsaverint aures ad effectum perducimus, Regiam consuetudinem exercemus, atque illorum animum nobis de servitio artius provocamus. Igitur notum sit omnium vestrorum magnitudini, quia concedimus, atque donamus a nobis viro valde venerabili Paulino artis Gramatice Magistro hoc est res quondam et facultates, que fuerunt Vualdando filio q.   de Labriano, que ad nostrum Pallatium devenerunt, pro eo quod in campo cum   inimico nostro a nostris fidelibus fuit interfectus, Casa videlicet in Labriano cum omni integritate, et soliditate sua, idest cum terris, vineis, edificijs accolabus, mancipijs, casis, massaricijs cum sedimine adiacentibus, vineis, silvis, Campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus mobilibus et immobilibus vel in omnibus quantumcumque predictus Vualdandus ibi, aut alibi habere visus fuit tam ex donis Regum, aut iudicum seu de comparato, aut de qualibet attracto predicto Paulino a die presenti tradimus, atque concedimus perpetualiter ad possidendum; ita ut ab hac die predictus Paulinus suisque temporibus quieto ordine teneat, et possideat, et quicquid ex inde facere voluerit liberum in omnibus perfruatur arbitrium. Precipientes ergo iubemus, ut nullus quislibet de fidelibus, aut successoribus nostris predicto Paulino de iam dictis rebus ullo umquam tempore inquietare, aut calumniam   presumat, sed omni tempore ex nostro largitatis munere ipsas res iure proprio valeat possidere firmissime. Et ut hec preceptio firmior habeatur, et nostris et futuris temporibus melius conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare, ac de Anulo nostro iussimus sigillare.

Data xvii kl. Julij Anno octavo Regni nostri Eboreia Civitate in Dei nomine feliciter.

Karolus gratia DEI. Rex Francorum, et Langobardorum, ac Patricius Romanorum.
Si petitionibus sacerdotum servorum DEI, in quo nostris auribus fue=
rint prolatae libenter obtemperamus, et eas in DEI nomine ad effectum
perducimus Regiam consuetudinem exercemus, et hoc nobis ad mercedis aug=
mentum, seu stabilitatem regni nostri pertinere confidimus. Igitur notum sit
omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris, qualiter vir venera=
bilis Paulinus Episcopus Aquilegiensis Ecclesiae Sanctae, quae est in honore Sanctae
DEI Genitricis semperque Virginis MARIAE, et Sancti Petri Principis Aposto=
lorum, sive Sancti Marci constructa, clementiam Regni nostri petiit, ut quan=
documque divina vocatione ipse de hac luce ad Dominum migraverit
qualem meliorem, et digniorem ipsa sancta Congregatio, quae ibidem sub
sancto ordine vitam degere videntur inter se noverit, filioque nostro Pipino
Regi et omni genti nostrae per omnia fidelem aptumque, et congruum vole=
rint ex permissa indulgentia nostra salva principali potestate nostra sicut
et in ceteris Ecclesiis secundum Canonicam auctoritatem licentiam habeant
super se eligendi Pastorem, Et insuper postulavit Serenitati nostrae, ut
homines commanentesque antedictae Ecclesiae ubi et ubi commanentes nullam deci=
mam de Annona, aut de peculio ullo unquam tempore in publico solve=
re debeant, neque de peculio proprio Ecclesiastico, quod partibus Istriensis
in pascuis miserint ullum debeant exsolvere herbaticum. Cuius vene=
rabilem petitionem noluimus denegare duabus ex causis, videlicet.
ut ipsis servis DEI, qui ibidem Deo famulare videntur pro nobis
uxoreque filiis et filiabus nostris, et populo nobis a Deo commisso jugiter
Domini misericordiam melius implorare debeant, Alia ut in divinis lite=
ris et doctrinis spiritualibus ampliorem operam mittere queant.
Veritatem eius meritis compellentibus ita sibi fore et in bonis consistere
cognovimus. Propterea per hanc auctoritatem nostram decernimus, et iubemus, quod
perpetuis temporibus mansurum esse volumus, ut sicut superius commemoravimus circa eundem Sanctum
locum ex permissa indulgentia nostra perpetualiter maneat inconvulsum, et specialiter
concessimus in elemosina nostra memorato viro venerabili, ut super servitores
iamfatae Ecclesiae mansionaticos vel fodrum nullus audeat prendere, aut exactare
ullo unquam tempore exigere praesumat, quos ipsi, aut dilectus filius noster Pipinus
vel Regale residuum propter impedimenta inimicorum partibus Forojuliensis,
aut in fine Tarvisiani admiserint, Tunc propter necessitatis causam

si conti=

ri contigerit mansiones homines nostri ibidem accipiant. In reliquo uero
ri in Verona, et Vicentia, atque in longioribus finibus resederint, ut quod
fati sumus omni tempore pro mercedis nostre augmentum fiat indultum, atque
concessum. Et ut hec auctoritas firmior habeatur, et diuturnis temporibus
melius conseruetur manu propria subter firmauimus, et de anulo nostro
sigillari iussimus.

Facta pridie nonas Augusti, Anno xxiiij. et nonodecimo regni nostri
Actum Regenesburg Palatio publico in Dei nomine feliciter Amen.

annus xxiiij. Regni francici
Annus xix. Regni Longob. id est anni D. 792.

✠ In nomine Dei et Individue Trinitatis. Chunradus divina favente clementia Romanorum
Imperator Augustus. Noverit omnium Dei, nostrique fidelium universitas, qualiter
nos ob interventum, et petitionem dilectissime coniugis nostre Giselle imperatricis
Augustae, ac amantissime nostre Prolis, Henrici Regis, nec non Aribonis Maguntini
... vi[it] archiepiscopi fideli nostro Rogerii Abbati et Ecclesie, cui ipse dominus do-
nante preside quandam silvam sitam in pago Bononiensi in Comitatu Ugonis
Comitis incipiente a flumine Senio usque ad mare, et sic subtus stratam, que
nulo dicitur, et sicut ... usque in illum locum ubi ... nomina-
tur, et ita deorsum per flumen usque ad arminum, qui est inter filium eius
comitis, qui vocatur Comes Hugonis, et inter filium nostre sancte Abbatie, et usque
flumen Meduna ... Suius ... usque ad flumen Liguinera dictum, et
usque ad Liguinera introitum in mare cum consensu, et laudatione Bam-
bergensis Episcopi Heliarii Regni, et eius fratris Wullini, nec non Comitis Ardenii Iohan-
nis Comitis, Wolimberti Comitis et eius filii Iohannis Comitis filii Walonis,
Reginardi, Hugonis, Adalgerii, et eius fratris Attonis, et ceterorum, qui eam per
eius voluntatem, suorumque successorum ad ipsum collaudarent, nominate Ecclesie
Abbatie tradidimus, eandemque banno nostro districte circumvallavimus. Precipi-
entes hoc nostro precepto intendimus, ut nemo ulterius in eadem foresta absque filiorum
... eiusque successorum licentia habeat potestatem venandi, sagittandi, aucupandi,
et retia vel ... ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, que minime
subiecta ... Si quis autem huius nostre iussionis violator
transgressor extiterit, sciat se compositurum centum libras auri optimi, medietatem camere
nostre et medietatem dicto Abbati, eiusque successoribus. Et ut hec verius creda-
tur diligentiusque per futura annorum curricula observetur, hanc paginam inde
conscriptam manu propria subtus roboratam bulla nostra iussimus sigillari.
Signum domini Conradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Bruno Can-
cellarius vice Aribonis Archicancellarii recognovit. Data vii. Idus octobris
Ind. xj. Anno Dominice incarnationis millesimo xx viiij. Anno vero domini
Chunradi secundi Regis ...   Actum ... feliciter Amen.

In Noïe Scæ et Individue Trinitatis. Tercius DEI Gra Rex Hungar(ie) [illegible]
Si Ecclias DEI restaurare, iacentesq(ue) eas nro munimine sublimare studuerimus,
Id ad statum nri pertinere, nec nõ ad aeterne retributionis premium [illegible] nequaquam
ambigimus. Quocirca notum sit omnibus Scae DEI Ecclie nec non fidelibus presentibus atq(ue)
futuris: Quatenus Ill(ustrissi)mum nostrumq(ue) dilectum fidelem [illegible] Demetrium
nostre clementiam, quatenus pro DEI amore, nec non animae remedio sedem
Aquileg. Ecclesiam, rectoremq(ue) illius Joannem sctæ vir. Patriarcham [illegible]
tionis munere exaltare dignaremur. Cuius dignis petitionibus aures nre
dignationis pro more solito accomodantes, sanctamq(ue) DEI Ecclesiam p. Ungaros
saepius devastatam, nunc magnas necessitates pati considerantes, medietatem
unius castelli, quod dr Gilisanum, et medietatem unius ville, que sclavonica
lingua vocatur gorila, ac nõ medietatem omnium domorum, vinearum, camporum, pratorum
pascuorum, herbaticorum, platearum, collectarum, angariarum, molendinorum, aquarum, aquarumq(ue)
decursuum, piscationum, silvarum, fabulationum, venationum, nec nõ omnium rerum, quas
in illis predictis locis Gilisano, atq(ue) gorila, et in finibus earum, que sunt inter Isun-
tium, et Vergeum et Ortaona, atq(ue) iuga Alpium, per istud et Legem possunt p(er)-
tinere, fidelibus predicte Aquilegien Ecclesie, atq(ue) rectori eius Joanni Patriarche suisq(ue) suc-
cessoribus p(er) huius nre Maiestatis precepti paginam donamus, atq(ue) ex nro iure in eius ius et
dominium transfudimus, atq(ue) firmamus, seu et concedimus, ac cum omni publica functione
largimur eidem Ecclesie, eiusq(ue) rectoribus, qui p(ro) tempore fuerint. Has villas, quas
iam dictus Patriarcha, et eius successores deinc edificaverit in Comitatu Forojuli-
ensi post Ungarorum nefandissimam devastationem tam de terra S. Patriarche, quamq(ue) de
terra S. Concordiensis Ecclesie, et etiam Abbatiae, seu in terra liberorum hominum, qui sunt
mortui sine haeredibus, sive in terra nro Dominio pertinenti, quasq(ue) villas eiusq(ue) predictus
Patriarcha ad suae sedis utilitatem in sua potestate teneat cum omnibus pertinentiis suis
et circa unamquamq(ue) ipsarum per duos milliar. ex omni parte adiacentijs eo ordine,
ut nullus Dux, Comes, nullaq(ue) Regni nri persona in eisdem villis placitare,
Aut collectas, angarias exigere, aliquamve potestatem exercere presumat, preter eum qui
Aquilej: Ecclie gubernaculum tenere videbitur. Preterea predicte Ecclie largimur
et dr illud herbaticum, quod publici nri exactores a famulis et a liberis in terra
predicte Ecclie habitantibus iure securis de montanis in herbam venientibus p(er)ti-
caniam, et terram ficam, nec nõ p(er) clusas de Aunlon, vel ubicunq(ue) transeuntibus exi-
gere solebant, nulla nro iuri parum inde reservantes. Sed volumus, atq(ue) firmiter
iubemus, ut predictus Patriarcha Joannes, suiq(ue) successores omnia q(ue) superius dicta sunt
perpetuis temporibus ad suae sedis utilitatem teneat, omniumq(ue) hominum contradictione

remota

remota possideat. si quis autem huius nostri Imperialis precepti derationem inquie-
tare, vel infringere attemptaverit sciat se compositurum auri puri libras mille,
medietatem camere nostre, et medietatem predicte sedi, eiusque successoribus. quod ut verius cre-
datur diligentiusque ab omnibus observetur manu propria corroborantes sigillo
nostro. atque bulla subter iussimus sigillari, atque insigniri. Signum Domni Ottonis
serenissimi, et Invictissimi Cesaris. Heribertus Cancellarius in vice Petri Cumani
Episcopi Archicancellarii recognovit. Datum autem ix Kalendas Madii Anno Dominice Incar-
nationis M°. j°. Indictione Anni vero domni Ottonis regnantis Imperii [illegible] V°.
Actum Ravenne feliciter Amen.

IN NOIE SCE, et Indiuidue Trinitatis: Fridericus diuina fauente clemen:
tia Romanorum Imperator Augustus. Ad aeterne beatitudinis meritum, et pro
sperum temporalis Imperij gubernaculum apud Regem Regum credimus no:
bis proficere, si iustas spiritualium personarum petitiones circa Ecclesiarum oppor:
tunitates clementer attendamus, ipsasque item confirmando, atque clipeo protec:
tionis nostre ab iniuriarum occursibus defensando. Nouerit igitur cunctorum Christi,
et Imperij nostri fidelium presens etas, et futurorum, quod nos intuitu diuine retri
butionis, et simul ob petitionem dilecti ac fidelis nostri Vdalrici venerabilis
Prepositi, et fratrum eius maioris S. Ecclesie in Aquilegia Canonicorum, ean:
dem Ecclesiam S. Marie sedis Patriarchalis cum personis, et possessionibus
cunctisque bonis, ac pertinentijs eius in nostre maioris protectionis suscepimus,
eamque per omnia saluam et quietam consistere uolumus. Vniuersas ergo
possessiones, et quaslibet bona, que eadem Ecclesia largitione Regum, uel Im:
peratorum, concessione Pontificum, donatione fidelium, uel alio quouis iusto
acquisitionis titulo possedit, aut in futurum rationabiliter adipisci poterit,
Imperiali nostra auctoritate ipsi Ecclesie confirmamus, et ut Preposito, fra:
tribusque, qui nunc in eadem sunt Ecclesia, eorumque successoribus firma semper, et
illibata permaneant, presenti sanctione statuimus, In quibus hec proprijs du:
ximus exprimenda vocabulis. Villam de Sedenero, cum omnibus finibus, et
pertinentijs eius. s. cum villa Sclauorum, que similiter dicitur Sedenerum, et Dal:
mani, et Remba, et Romisens, Cum agris. vineis, pratis, pascuis cultis, et
incultis, siluis, et venationibus usque ad siluam S.ti Laurentij, et usque ad fontem de
clauda, et usque ad villam, que dicitur Antomianum, et usque Silerius, et usque bicinis,
et usque ad villam S. Stephani, et usque Tisan. et usque ad villam, que dicitur Perser:
iano, villam quoque de Castellone, et de Marsiano cum finibus, et pertinentijs
suis a villa S.ti Aduini usque ad villam, que dicitur Gonarium, et usque ad siluam
cum omnibus redditibus suis: Cum vineis. agris, pratis, pascuis cultis, et in:
cultis, paludibus, et siluis, cum venationibus, cum aquis, aquarumque decursis,
cum molendinis, et piscationibus, villam et de ... et de Carlinis, et
villam de Maciana et villam S.ti Georgij: cum omnibus redditibus suis: vnam

cum

cum omnibus finibus, et pertinentijs suis, Cum campis, vineis, pascuis, pratis
cultis, et incultis, cum aquis, aquarum decursibus, cum molendinis, et piscationibus à
mari, et à flumine, quod dicitur Cornium usque ad aquam, quae dicitur Arcundus,
cum paludibus, et piscationibus, cum silvis et venationibus. Ecclesias baptis=
males Aquilegiensis Patriarchatus In omni Jure, et pacis quiete sicut eas eadem
Ecclesia possedit hactenus, et tenuit, Cum Capellis sibi pertinentibus. In foro Aq=
legiensi triginta stationes, et in Porta Sancti Viti viginti, quinquaginta mansos
in Osellan cum Ecclesijs et decimis, villam de Farra cum adiacentibus villis,
vz. villa de Petulan, et Brazan, et Selndam, et villa nova, Gradisca
et Bruma, cum omnibus pertinentijs suis à monte, qui dicitur Gast usque ad Stra=
tam Vngarorum, et usque ad villam, quae dicitur Hago, cum Ecclesijs, et omnibus per=
tinentijs suis, pratis, silvis, vineis, pascuis cultis, et incultis, venationibus,
et piscationibus, et omni Jurisdictione, sicut Predecessor noster Divae memo=
riae Imperator Otto Aquilegiensi Ecclesiae, et Canonicis tradidit, Et in Carnea
villam de Formiles, et villam de Roganas, et villam de Felas in monte
Sancti Petri, Et montem de Avero, et quatuor mansos apud villam de
Auale, Et villam de Betalen, Et tres mansos apud Ignan, Et novem man=
sos apud Pirdan, Et quindecim mansos apud Gruar, Et quandam moram
apud Verdon. Praeterea sicut Purchardus Aquilegiensis Ecclesiae Advocatus,
et postea Stefanus placitum advocatiae in manu Patriarchae Vuodalrici pro se,
et suis successoribus refutaverat super rebus bonis Aquilegiensis Ecclesiae pertinen=
tibus omnibus districtis, redditibus, et pertinentijs, Ita nos placitum, districtum,
et ceterum huiusmodi ipsum eidem Ecclesiae Imperialis auctoritatis statuto
confirmamus, et stabilimus. Decernimus ergo, et hoc Maiestatis edicto
statuentes praecipimus, quatenus de cetero persona magna, vel parva, secu=
laris, vel ecclesiastica supradictam Ecclesiam audeat temere perturbare,
aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, et iura; aut bona
ipsius in aliquo detrahere, vel ipsam in nullis eius pertinentijs molestare
temere, seu damnificare, sed omnia ei spectantia illibata, integra,
et illesa conserventur eorum pro quorum gubernatione, et sustentatione concessa
sunt usibus profutura, salva in omnibus Imperiali Justitia, et Aquilegiensis

Patri=

Patr. Canonico iure. Si quis autem huic nostre traditioni, confirmationi, et
Institutioni, et precepto ausu temerario aliquatenus contraire presumpserit penam
centum librarum auri purissimi se condemnatum, quarum media pars fisco nostro,
residua pars Preposito, et Canonicis prefate Ecclesie persoluatur. Ut hec S-
upradicte Ecclesie rata, et inconvulsa permaneant, et oblivione non pere-
ant, presentem Privilegij huius paginam fecimus inde conscribi, et nostre Maiesta-
tis sigillo roborari: nomina quoque testium aliqua de multis, qui in donati-
one huius Privilegij nostri aderant, placuit annotari. Ulricus Patriarcha Aquil:
Vigmannus Magdeburgen. Archiepus, Christianus Maguntinus Archiepus,
Arnoldus Treuerensis Archiepus, Philippus Colloniensis Archiepus, Eberar-
dus Bisuntinus Archiepus, Eberardus Merseburgensis Episcopus, Rudolfus
Argentinus Epus, Conradus Vuermiatis electus, Arnoldus Osneburgensis
Epus, Anno Minden. Epus, Gerardus Concordien. Epus, Sifridus Ciuitaten.
Epus . Prothonotarius. Florentinus Comes Hollandiae, Henricus
Comes de dietsa, Boppo comes de Vuertin, Jacobus filius ducis Vene-
tiae, et Marcus Maurocenus, Petrus Trausandus, Laurellus Ferana,
Garzapan Veronensis, Martinus de castello, Ulricus de Bisono, et alij
quamplures: Signum D. Friderici Romanorum Imperatoris Invictissimi.
Ego Gotifredus Cancellarius vice Philippi Collonien. Archiepiscopi, et
Italici Regni Archicancellarij recognovi. Acta sunt hec Anno Dominice
Incarnationis M.° C.° L x x vij. Indictione decima Regnante D. Frid-
rico Romano Imperatore gloriosissimo, Anno Regni Eius x x vi.°
Imperij vero x x iiij.°

Datum in Territorio Venetiano apud Monasterium S. Trinitatis x iij.
Kl. Augusti mensis feliciter Amen.

Karolus DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, et Boemiae Rex, ad
omnium notitiam, et memoriam futurorum. Immensae bonitatis prudentia, quae
servum suum David . . . in regali solio sublimavit, nos ad De-
que Romanorum gubernacula mira dispositione produxit, ut in Regni, et
Reipublicae felici gubernatione, felici sacrum subiectorum sub nostrae
protectionis umbraculo pacis pulchritudine glorientur. Ad quod, cum pervigili
intendimus, et facere utrum non ambigimus salubre, potissimum in praesenti
saeculo, et Regnum nostrum in finem divinis stabiliri praesidiis, si ipsius Ec-
clesias protegimus, beneficiamus temporalibus, ampliamus reditibus, et
immunitatibus, et privilegiis communimus, et potissime illas quas con-
stat in receptione fidei primitivas, et in devotionis, ac fidelitatis constan-
tia sacri a quo sublimati sunt Imperii permansisse, et inviolabiliter perstitis-
se. Hinc est, quod ante serenitatem, ac eius gloriae astantibus nobis illustribus
nostris et eiusdem Imperii principibus Ecclesiasticis, et mundanis, ven.
Nicolaus Patriarcha Aquil. et praedicti Imperii et frat. Consiliarius noster
humili assertione monstravit, quod cum Augustae memoriae Fridericus secun-
dus Romanorum Caesar Rex, et Siciliae Rex, auctoritate Regia Regna-
nte familiaritate et Regali munificentia vera Iura, Iurisdictiones
honores et immunitates concessit, et concessa ab eius inclitae recorda-
tionis, et divis Regibus, et Imperatoribus Romanis approbavit nihilominus
demum idem Fridericus imperialis culminis dignitatem adeptus sententias latas
in eius Imperiali Curia de confirmando, et concessiones, approbationes, et confir-
mationes huiusmodi suis Regali, et Imperiali Privilegiis roboravit. Quae
quidem Privilegia ex ipsius Patriarchae praedecessorum forsan negligentia, et incu-
ria adeo collisa sunt et literis offuscata, quod legi vix, intellectu possent,
pro nostrae celsitudini obtulit fidele testimonium oculorum nostrorum clementi-
am humiliter exoravit, ut dum ea sub retributionis intuitu eadem privilegia
renovantes, et quascumque donationes, concessiones, confirmationes, sanctiones,
et addita, quae in eisdem Friderici privilegiis regalibus et Imperialibus conti-
nentur Regio approbantes addicto ea omnia de regali mansuetudine nostra
de novo . . . dignaremur. Nos autem advertentes divina favente
[cle]mentia nos ad gubernationem universi, et potissime Ecclesiae DEI, et ipsius, et ca-

cetera

eorumque quos nobis et sacro Imperio deuotos ac fideles esse cognoscimus fore
ad fastigia Regii culminis sublimatos eiusdem Patriarchae Principis et Patrisnostri
Carissimi nostri dilecti nobis Bertholdi tam ex quadam speciali affectu, et
fauoris Regii prerogatiua quibus, ad ipsam Aquilegensem Ecclesiam afficimur eo quod ua-
let eiusdem Imperii membrum nobile et conseruandum eminentis preemi-
nens Ecclesiae dicto Romano subiecta Imperio deuotis supplicationibus inclina-
ti omnia, et singula contenta in privilegiis antedictis, quae sunt inferius de
verbo ad verbum diuinaeli paginae inserta approbantes, et confirmantes
de nouo et concedimus et de potestatis regie plenitudine, damus et
mandamus, et regiis statuentes edicto quod ipsa dicta Ecclesia sub nostrae
excellentiae privilegio integra, et defensa, existat, ut si casu aliquo de
Privilegiis amiserit nihil iacturae, nihil diminutionis sustineat, sed sub
nostra diuinae pagina, quam conscribi iussimus, et nostrae Regalitatis gratia
communiri eorundem privilegiorum plenam habeant, et perpetuam firmitatem,
Et nihilominus inhibemus cuiusque status preeminentiae, siue conditionis
existat ne memoratum Patriarcham, et successores eius, aut dictam Ecclesiam
super predictis, et ipsorum aliquo impedire, aut perturbare presumat, aut publicam
nostrae confirmationis, approbationis, et concessionis paginam infringere,
seu modo aliquo contraire. Qui uero contrarium attentare presumpserit
preter indignationem nostram quam proculdubio se incursurum cognoscat,
mille libras auri purissimi componat, quarum medietatem nostrae Regalis came-
rae, residuum uero eiusdem Patriarchae, et eius successoribus Iurisdictione
nostra, et omnibus, ac singulis in sua firmitate manentibus decernimus
applicari. Tenores eorundem Privilegiorum hii sunt. Fridericus diuina
fauente clementia Romanorum Rex semper Augustus, et Rex Siciliae,
Ad salutis nostrae profectum et Romani Imperii exaltationem pertinere non
dubitamus, si iura Ecclesiarum, et Praelatorum, et maxime eorum quorum deuotio-
nem, et fidem seruicio nostro, et Imperii promptos fore inuenimus
Regiae maiestatis clementia conseruamus illesa. Inde est, quod atten-
dentes fidem, et deuotionem, ac obsequia multa quae Aquilegensis Ecclesia,
et specialiter dilectus Princeps noster Volcherus eiusdem Ecclesiae Patriarcha
nobis, et Imperio laudabiliter exhibuit, et imposterum DEO adiuuante exhi-
bebit Ducatum et Comitatum Foriiulii, et uillam de Lucinigo cum omnibus

ad Ducatum

Ducatum et Comitatum pertinentibus placitis, fodris collectis, fodro
sanguinolentis denariis destrictionibus universis, et omni utilitate que inde
industri queat exire potest. Preterea Regalia omnium Episcopatuum Histriæ, Ved. Terge-
stinum, Justinopolitanum, Emoniensium, Emonium et Polen. Regalia quoque
Concordiensis Bellunensis Episcopatuum, Regalia Abbatiarum Abbatiarum, vz. de S. Cr-
ucis de Pirano, et Stæ Mariæ in Organo, cum curtibus Castellis, portubus, vil-
lis, mansis, venationibus, piscationibus, teloneis, pratis, nemoribus, molen-
dinis, cultis, incultis et omnibus alijs. Et terram inter Planum et Liquen-
tiam iacentem, villas Sti Pauli, et Sti Georgij, et omnia que antecessor
noster divæ memoriæ Conradus Imperator Aquilegi. Ecclesiæ ibidem
contulit cum appenditijs et utilitatibus agris, pratis, campis, pascuis, cultis
et incultis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, venationibus, piscationibus,
exitibus et reditibus, nemoribus, et alijs iuribus. Castrum quoque de Cruen cum
omnibus suis pertinentijs ministerialibus familiis, terris cultis, et incultis,
pleniis nemoribus, et omni iure integrum, sicut nobilis quondam
Patrem una cum patre suo Comite Voldarico et matre sua Aquilegien.
Ecclesiæ contradidit. Castrum de Cremos cum omnibus suis pertinentijs mini-
sterialibus familia, mansis, villis, nemoribus et omni iure ecclesiam de agro
sa integrum cum ministerialibus et familiis quam nobilis vir Ulricus quondam
Marchio Tusciæ Aquilegi. Ecclesiæ tradidit. Insuper Marchiam Carniollæ et Histriæ
cum Comitatu et Serris, et universis pertinentijs omnique iure Ducali, simul
et annuentibus nostro tempore Imperatore tunc cum tempore Aquileg. Ecclesiæ ad con-
silio et voluntate principum sine antiquorum privilegiorum suorum libere et ab-
solute Voldarico Patriarchæ tradidit, et quod cum Aquilegensis Ecclesia in perpetu-
um possidendum donavit, atque decrevit, atque suo Privilegio confirmavit. Ad
hæc bona omnes possessiones, omnia bona, omnia iura districtum Telonia
riparia quæcumque Ecclesia in præsentiarum possidet, et in futurum largitione
nostra, et successorum nostrorum Regum, seu Imperatorum concessione Pontificum
liberalitate principum oblatione fidelium seu iustis alijs modis Deo propiti-
o adipisci poterit eidem Voldarico et Ecclesiæ Aquilegien. ac suis successo-
ribus à nostri Curia nostra Apud Augustam de Consilio, et voluntate prin-
cipum perpetuo habenda, et possidenda confirmamus, et praesenti Privilegio
communimus. Statuentes ut nulli omnino liceat præfatam Ecclesiam perturbare

et

vel possessionum auferri, sed omnia conserventur integra et illesa, voluntati et dispositioni prefati Patriarche et successorum suorum modis omnibus profutura. Volumus etiam ut Ecclesia Aquilegiensis ex sacre Maiestatis Privilegio adeo munita, et defensa existat, ut si forte casu aliquo omnia Instrumenta, et Privilegia sua, quod Deus avertat, perdiderit, nihil iacture, vel diminutionis sustineat, sed hanc paginam loco Privilegii, et Instrumenti habeat. Si quis igitur in posterum contra hanc nostre Institutionis paginam venire presumpserit, et monitus non resipuerit, nostre Maiestatis indignationem se noverit incursurum, et insuper mille libras auri purissimi componet, de quibus medietatem Camere nostre, et medietatem Patriarche Aquilegiensi, qui pro tempore fuerit, persolvat. Et nihilominus nostra Institutio, et confirmatio firma maneat, et . Acta sunt autem ista Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Ducentesimo quarto decimo, Indictione secunda mense Februarii sexto exeunte apud Augustam in Curia generali in presentia Conradi Ratisponensis, [illegible] Pataviensis, Ottonis Frisingensis, Conradi Brixinensis, Friderici Tridentini Episcoporum, [illegible] ~~Episcopi~~ Conradi Spirensis Electi, Ludovici Ducis Bavarie, Alberti Comitis de Tirol, Friderici Burgravii de Nurinberg, Ludovici Comitis de Ottingen, [illegible] de Rechberg et filii sui Henrici Comitis, Burgardi de Marstetten, Friderici de Cimbern, Rodulfi de [illegible], Ioannis de Zucola, Valterpertoldi de Spilimbergo, Volrici de Portis, Henrici de Amrebeno, Conradi de Porcia, Stefani Decani Aquilegiensis, Wernardi Prepositi S. Odorici, Wicardi Aquilegiensis Canonici, omnibus Iudicibus et Notariis et aliorum multorum. Signum Domini Friderici ~~tertii~~ secundi Romanorum Regis invictissimi et gloriosi Regis Sicilie. Ego Conradus Metensis et Spirensis Episcopus Imperialis Aule Cancellarius vice Domini ~~Sifridi~~ ~~Maguntini~~ Sifridi Maguntini Archiepiscopi et totius Germanie Archicancellarii recognovi.

Privilegium imperfectum. Nam deest annus, et subscriptio Caroli, et [illegible]. Crediderim hic fuisse Carolum iiij qui imperavit ~~de~~ ab anno Domini 1355 usque ad 1379. Et Nota quod hic Patriarcha Nicolaus non est in catalogo Patriarcharum anno D. 1351.

Fredericus DEI gratia Romanorum Imperator semper Augustus Ierusalem et Siciliae Rex. Per praesens scrip-
tum notum fieri volumus universis Imperii fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, quod dilectus
Princeps noster Bertoldus ven[erabilis] Patriarcha Aquil[eiensis]: in nostri praesentia constitutus, quod in glam[?]
in Foro Iulio, et in Istria existentes, quam plures[?] vasalli[?] sui, et ab ipso Aquil[eiensi] Ecclesia
in feudum tenere in mansis [illegible], et filios, et [illegible] in eis obtinuimus [illegible]
tiam. Eidem [illegible] privatis eorum utilitatibus, et suis [illegible]
conantur de furtis, et aliis criminalibus causis, et vetitis iudicium sanguinis inte-
resse, et quibusdam, quae spectant ad merum, et mixtum Imperium, quae ad
pertinent Iurisdictioni eiusdem Principis nostri, ratione regalium seu alterius [illegible]
eminentiae incommitant [illegible] Ecclesia eandem sine dubio, quod mansos cum omni iure obtinet,
iniuriam inferentes. quare nostrae Celsitudini supplicavit, ut cum hoc tam
praedecessores sui, quam ipse auctoritate Imperii obtinuerunt, dignaremur animorum [illegible]
[illegible] obviare, et Iurisdictionem suam servari integre mandaremus.
Cum igitur spectet ad Imperium M[aiestatis] principum Iura [illegible] attenden-
tes immensam devotionem praedicti nostri Principis et sua Ecclesiae, qui ad [illegible]
Imperii servitia semper, et usque paratam, et expositam invenimus, ut in sua
Iurisdictione iniuriam et incommodum non incurrat, praedictam abusivam consuetu-
dinem ab eisdem [illegible] inventam, et [illegible] approbatam penitus abo-
lemus, praesentis scripti auctoritate statuentes, quod nulli eorundem [illegible] in Foro Iulio,
et in Histria de cetero non liceat [illegible] mansi, sive mansos, et [illegible] ad-
vocatiae, vel [illegible] quod mansos cum omni iure obtineant, cum verbum ipsum
cum omni iure privatus et [illegible] ipsis mansis utilitates capere, de crimina-
libus et [illegible], furtis [illegible], et [illegible], quae ad iudicium sanguinis
spectant et merum, et mixtum Imperium sapiunt, exposcunt, et omni [illegible]
incommittere, sine praedicti [illegible] indulgentia, et man[dato] sed [illegible] idem Patriarcha et offi-
ciales sui quos [illegible] ordinaria Iurisdictionis loco et vice sua duxerit depu-
tandos, praedictam Iurisdictionem exerceat sine lite: si quis vero contra praesentis
[illegible] constitutionis edictum venire praesumpserit et in abusione solita [illegible]
[illegible], praesumptores ipsos eisdem mansis sive advocatiae [illegible]
ingratos decernimus et indignos, nam cum Privilegium meretur amittere,
qui concessa sibi abutitur potestate. Ad cuius rei memoriam, stabilem firmi-
tatem praesens scriptum fieri et sigillo M[aiestatis] nostrae iussimus communiri. Datum in castris
in obsidione Brixiae, anno Dominicae Incarnationis millesimo - cc. xxxviij.[?] mensis
[illegible] xii. [illegible] Imperante Domino nostro Friderico secundo Dei gratia Invictissimo Ro-
manorum Imperatore semper Augusto Ierusalem, et Siciliae Rege, Imperii eius anno xviij. [illegible]
xiij. Regni vero Siciliae xlj.[?] [illegible] Amen.

Anno Dni millo. cc ii. xiij die intrante decembrio, Ind. x.ma In Nomine
Patris, et Filii, et Spiritus sancti Amen. Nos quidem Ottacius de
Finstenbergo Herbordus de Sternstaine, Folkerus de ... vamberg,
et Pellegrinus Clokke el dech arbitri, et Juramento astricti a Dno
Pellegrino secundo Aquil: Patre, et Comite Megenardo Aquil: Eccliae
Advocato, et Filio eius Comite Engelberto ad investiganda, et cognoscen-
da iura, et rationes eiusdem Megenardi Advocati, que pater suus Co-
mes Engelbertus habebat tempore, quo Dnus Volricus Patriarcha obiit,
super quibus Pontifex [illegible] litem, et contentionem cum dictis Comitibus
habebat: Adhibito nobis sapientium virorum Consilio taliter processimus.
Communi itaque consensu eligimus providum, et discretum virum,
Dnum Fridericum de Cavoriaco, qui nobis consuleret, quos possemus
invenire, qui rectitudinem super predictis iure et rationibus possent
iudicare: qui siquidem nobis bona fide nominavit Dnum Henricum
de Glemona, Dnum Arnoldum de Tricano, D. Conradum de Sclorian
D. Herbrandum de Saerbenberg, quorum Consilio predicta iura, et rationes
possemus invenire. Nos ergo simul convenientes, predictos viros
iurare fecimus, qui bona fide sine fraude deberent nobis predicta iura,
et rationes ut predictum est, prout recordari possent, integraliter signifi-
care. Requisiti itaque per iuramentum dixerunt, quod Comes Engelbertus ha-
bebat Advocatiam ab Aquil: Patre, et in Aquilegia placitabatur semel
in anno una cum Nuncio Patris placitum Advocatie, et quicquid lu-
cri in eo lucrabatur cum Patre dividebatur: Advocati similiter sub se
unum cum ad.to Patris habebat, qui [illegible], et iusticiabantur,
et cum idem Advocati placitabant, vadimonia in manu Patris ad-
notari habebant, et si lucrabantur, dividebantur. Famuli [illegible]
ponebantur coram ad.to [illegible], et si deprehensus erat in furto,
et Castaldi [illegible] banna Carnificum, scilicet tavernarum pani-
ficum similiter dividebantur. Famuli [illegible] sacristiam
coram ad.to, et si [illegible] erat in curia, et Castaldi [illegible] in
carcere Patris, et iustificiabantur, Bona ipsius erant illius Dni,

qui

preerat Ecclesiae, cuius famulus erat, Crucensium decanus. Habebat a Patria(?), quo
simul dividebat: Item in Aquil: habebat a Padro(?) de ripatico, et Teloneo
iiii Marcas, et de clusa iii Marcas, et cum erat in Aquil: riparius
dabat ei sal ad cibum suum, et in prandio, et cena sestarium vini, et unam
scutellam cum carnibus, et piscibus donec ibi erat, et per singulos
annos c. [illegible] cepar: a quodam Castaldi cum erat Aquil: dabantur
ligna ad coquinam, et caminatam suam: praeterea in his villis habebat
advocatiam. In Agello, Joannis, Genario, Pescoto, Utino, Budrio,
Tarsia(?), Lagarzia, in quibus nuncius Advocati cum nuncio Patriarchae
semel in anno placitum Advocatiae placitabantur, et quicquid lu-
crabantur inter se dividebant: Item de advocatia habebat tunc,
in Agello ii modios frumenti, ii modios avenae ij oves et quin-
que denarios v. [illegible] 1 ova. de Pescoto i vaccam, quam sicut de Agello, de
Utino i vaccam, quam ut s., de Gallapolo(?) i vaccam, quam ut s.
de Lagarzia i vaccam, quam ut s. de Civitate ii modios frum.
ii modios avenae ii oves, et xvi den. vi gall. 1 ova, de Ransco(?)
i vaccam i porcum, quam ut s. de Camino iiij vaccas, de Talmino(?)
ij vaccas, Item de locis ubi forestarius erat, quicquid acquirebat de
iure forestariae, tertiam habebat partem, et quando forestarius mutaba-
tur ille qui succedebat iij marcas advocato dabat. Cum Patriarcha habebat
curiam, et Advocatus praesens erat, et in Curia serviebat, [illegible] in hyeme dabat
advocato hijemales vestes, si in aestate aestivales, et qualibet hijeme pellicium
vulpinum, et unum [illegible], si aliquid dabatur Consiliarijs Curiae, occultis in
donis pro consilio, Advocatus habebat portionem suam. In Civitate semel in
anno placitum Advocatiae placitabatur cum nuncio Patriarchae, et quicquid lu-
crabatur, dividebatur, servitium non de iure, sed ex gratia a Domino Patri-
archa dabatur, Cum Advocatus veniebat in Civitate cum Patriarcha, Marescalcus
Patriarchae hospitabatur equos advocati in villis circa Civitatem. In eadem Civi-
tate sicut in Aquileia placitabatur placitum Advocatiae semel in anno
per se, et per nuncium suum. Cum Comes Hengelbertus ibat, et rever-
tebatur de Carinthia, aliquando hospitabatur in Tricesimo, aliquando in Cassaco(?),
in quibus villis Dominus Henricus de Glemona dabat ei servitium, quia

ibi ad

ibi non debent hospitari. aliqui hospitabantur Mosinacii, ibi dabat ei servicium prepositus eius qui nunc est Patr. et D. Mathias de Cerberg. Curtes fenili de Corquita Patrie dabantur ad [illegible] In his villis, Mosnac. Monasterii habebat advocatiam. In Blagotz vagiano. et in duabus villis vellas [illegible] Prepositura S. Felicis habebat advocatiam per totum. de his que sunt Canonicorum Aquilegensium habebat Advocatiam in Mulzana de Marano, et tamen semper fuit contentio. In orellano quae Aquilegensis et cuius canonicorum est habebat Advocatiam: omnia Monasterii que sunt ex parte Talmenti erant in Advocatia eius, et defensione, excepto S. Vuolrico omnia suprascripta habebat Comes Engelbertus, cum Volricus Patriarcha dixit.

De iis omnibus nos quaeritur ab iisdem credimus. De supradictis non fuit Gericus Comes eo tempore in tenutam alicuius maioris sue [illegible] Advocatiae, nullus absque eius habebat Erudicatibus Patrie vassallus, et ministerialibus. In [illegible] villaci debuerit albergarias in bonis Monasteriorum, in quibus habebat ius Advocatiae, ut supradictum est. Gastaldio Advocatiae semel in anno placitabatur. Copulam in nullo loco mittebat, nisi in erat cum Patrem. nunc equi sui mittebantur cum equis Patrie in copula cum maiori salvis rebus. In Vrgin iure filii non habebat ius Advocatiae, nec Patrem volens illa habebat Advocatiam in bonis de Aullaro, et ipsius de Bamberg in Carnea, in bonis Marchionis de Istria, et Marchionis ibi nullam habebat Jurisdictionem. In Paren tina Civitas nullum ius habebat, et Advocatiam excepto orellano. si aliquis vas sallus, et ministerialis habebat in aliquibus locis Advocatiam ab ipso in perpetuum nullam super his habebat Jurisdictionem, monetam non habebat. Monomachia in nulla Patrie habere debet, et fieri coram [illegible] et nuncio eius.

Supradicti articuli s. D. Dietricus de Jmalbono, Herbordus de Peraßtaino, Julianus de Dorumberg. et Pelegrinus Dorsel de dictis supradictis edendas fuerunt in Scriptura Reginaldi Gastaldionis D. Patrie apud [illegible] Civitat. et hanc [illegible] scribere rogaverunt in presentia illorum trium testium, scilicet Dni Hermani Capellani D. Patrie, Conradi de Moiena, et Odalrici D. Sebrat de Quinza:

In

Henricus divina favente clementia Rex. Si Ecclesias Dei honoramus dicamus, et sublimamus, Regno nostro stabilitatem, corporis salutem, animae quoque et aeternam remunerationem provenire aliquatenus non dubitamus. Unde vulgatum esse ubique in Regno nostro volumus, quod nos fecimus Ecclesiae Aquileiensi in honore beatae Dei Genitricis Virginis Mariae et sancti Hermachorae, et qui in eadem Ecclesia requiescit, ut cernitur miraculis. Igitur pro caro nobisque fideli servitio ac petitione Sigehardi eiusdem sanctae Aquileiensis Ecclesiae Patriarchae, suggerente dilecta nostra Berta Regina, nec non aliis nostris fidelibus ad hoc annitentibus, scilicet Embricone Augustensi Episcopo, Vuodelrico Richestetensi [?] Episcopo, Eppone Nuemburgensi, Bennone Osnabrugensi, Odvengo [?] Episcopis, Ducibus quoque Vratislao Boemiae, et Liutolfo Carinthiae, Cunone Palatino Comite, et Liupoldo Marchione et aliis quoque pluribus nostris familiaribus Marchiam Carniolae de iure Regali proprietatem, et praestare proprietatemque . . . sanctae Aquileiensis Ecclesiae et praenominati eiusdem sedis Patriarchae Sigehardi suorumque successorum tradidimus, et perpetualiter concessimus, ea ratione, ut idem Sigehardus Patriarcha possideat, obtineat, et [?] lege . . . quo sibi placeat iure utatur, et post vitae suae terminum, id successoribus suis cunctis in id ipsum relinquat. Huius ergo nostrae regalis auctoritatis, et traditionis testem, cartam hanc inde conscriptam, et propria manu corroboratam, sigillique nostri impressione, ut infra videtur insignitam omnis generationis tam futurae, quam praesentis notitiae. Signum Domini Henrici Regis quarti invictissimi. Gebeardus Pragensis Episcopus et Cancellarius vice Sigehardi Archicancellarii recognovi. Data iii idus Junii, Anno Dominicae Incarnationis M.LXXVII Indictione XV. Actum Nuerenberc feliciter.

Hic Henricus rex iiij. qui nondum erat imperator. postea anno Domini 1084. creatus est imperator.

Henricus Dei gratia Tertius Romanorum Imperator Aug. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus qualiter nos temporibus Sigehardi Patriarchae bonae memoriae pro fideli servitio eius, et pro petitione aliorum fidelium nostrorum quandam Marchiam nomine Carniolam Aquilejensi Ecclesiae ob honorem s.te Dei Genitricis Mariae, sanctique Hermacorae dedimus. Postea pravo consilio quorundam id bene nobis consulentium eandem Marchiam predictae Ecclesiae auferendo abstulimus, aliique eam concederimus. Nunc igitur recognoscentes iustitiam ad reconciliandam nobis sanctam Dei Genitricem Mariam eidem ecclesiae reddidimus, et pro remedio animae nostrae, tum pro dilectione, et fideli servitio Udalrici Patriarchae fidelis nostri, et dilectissimi consanguinei, cum ob interventum fidelium nostrorum, vz. Megenguardi Frisingensis Episcopi et Dieboldi Marchionis, Burcardi Marchionis, Uuernerij Marchionis, Henrici de Hovenders fratris Burcardi Marchionis, Adelberti de Ortenburgh, Aimerici de Lano, aliorumque, quos nominare longum est, predictam Marchiam Aquilejensi Ecclesiae ad honorem S.te Mariae, s.tique Hermacorae in proprium dedimus, cum omni iure, et iustitia, qua eam nos habuimus, et antecessores nostri Reges, et Imperatores habuerunt, ea s. ratione ut predictus Udalricus Patriarcha, eiusque successores liberam potestatem inde habeant possidendi, obtinendi, et quicquid illis ad utilitatem Ecclesiae placuerit inde faciendi, et huius traditionis auctoritas omni evo firma et inviolata permaneat. Hanc cartam inde conscribi, et sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Signum Domini Henrici tertij ~~Imperatoris~~ Romanorum Imperatoris. Henricus Cancellarius vice Ruotuuardi Archicancellarij recognovi. Datum est iiij. idus Maij. Anno ab Incarnatione Domini M.L x x x x i. Ind. j. Anno autem Domini Henrici Regni eius x x viiij, Imperij vero viiij, Actum Papiae feliciter in Christi nomine Amen.

In Nomine Sanctae et individuae Trinitatis Amen. Notum sit omnibus Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris, qualiter discordia, quae inter Dominum Patriarcham Pelegrinum secundum, et Comitem Meijnardum, et fratrem eius Comitem Engilbertum de Goricia Deo auxiliante, et utriusque partis consensu terminata est, et pax inter eos firmata. Comites quidem de Goricia debent habere Castrum de Goricia, cum omni proprietate, servis et ancillis, et omni iure ad ipsum pertinente, Ministerialibus exceptis, et Castrum de Mosburg cum omni iure, et proprietate servis et ancillis ab Ecclesia Aquileiensi in feudum, ita quod tam masculi quam feminae in idem feudum aequaliter succedant. Et si ipsi, aut eorum haeredes aliquo tempore sine haerede decesserint, praedictum Castrum de Goricia cum omni iure, et proprietate hominum in possessionibus exceptis Ministerialibus, et omni familia, ac proprietate pertinente ad ipsum libere et integre ad Aquileiensem devolvi debet Ecclesiam: Insuper omnem tenutam quam Pater eorum tempore Domini O. Patriarchae in ultimis vitae suae usque ad Patriarcham Gotefridum habuit sive iuste, sive iniuste habuerint ipsi habere debeant, et si Patriarcha dicunt

. . . .

Caducum per plures lineas . . . .

Finita tamen expeditione ista, ubi si desisterint Comites a Tarvisinis reverti debeant in continenti secundum Consilium Patriarchae, et eius misericordiam, et quamcunque securitatem a Patriarcha exigerent: quod non faciet aliquo tempore confoederationem aut societatem cum Tarvisinis, continuo ipse eis praestabit eandem, si Comites ei praestiterint eandem cautionem, quod contra eum nunquam cum Tarvisinis confoederationem facient, aut societatem: sed . . Haec pax facta non tantum pro Domino Patriarcha, sed pro Comite Alberto, et Comite Henrico, et pro omnibus ipsius Patriarchae adiutoribus, et pro Comitibus de Goricia, et pro omnibus adiutoribus eorum, et castellis hinc inde

quorum

quocunque modo a iure feudi deciderint in feudo prius habito, et feudi iure libere et quiete permanentibus. saluoque dissensio que est inter Comitem Engilbertum, et Comitem Albertum per Patriarcham Ducem Meranie

. . . . . . finiri debeat; sane ad maiorem huius pacis firmitatem dicte Patriarche fide prestita Dnus Gerardus de Castello, D.s Dericus de Groabono, D.s Gennius de Glemona, D.s Hv. de Portu, D.s Robertus de Tricano, D.s Valgerolldus, D.s Duringus de Aula, et D.s Vernerius de Cuarena, patrie et ipsius mandato, et Comes sigillatus, et D.s Folkerus de Dorinbergo, et D.s Hennricus frater eius, D.s Pinguinus Vlogil, D.s Conradus de Flennia, D.s Rambotto de Ceven procuratores

Vacuum per tres lineas

Statutum est etiam, ut si Comites aliqua que supradicta sunt infringere voluerint, et a Patriarcha commoniti non desistant, Patriarcha id Duci Stirie, Duci Meranie, et Duci Karinthie notificare debet, et si ab eis commoniti desistere noluerint, tunc Patriarcha non obstante pace que facta est, iure suo quo melius poterit utatur. Acta sunt ista Anno Dni M.CCII. Ind. . mense Jan. V. die exeunte apud Ecclesiam S.ti Quirini iuxta Cormons sicut dictum est ex parte Comitum iuramento firmata, et proxima sequenti die ex parte Patriarche eadem sunt apud . . . acta, et ut dictum est iuramento firmata, Deinde sunt eadem apud Goritiam quinta die exeunte Februario de communi pacis consensu, et voluntate stabilita, et scriptis autenticis cum Patriarche, Ducis Meranie. B. et ipsorum Comitum de Goritia sigillis feliciter roborata. Hec autem omnia facta sunt verbo et auctoritate D. L. Ducis Austrie, Stirieque Ducis B. Meranie, Duci Carinthie, Graudo Comite de . . . , et Comite Alberto de Tirol, et

Comite

